





Th. 8^o 813.

COMMENTARIUS
IN
EPISTOLAM PAULLI
AD
EPHESIOS

TIRONIBUS
VARIORUM INTERPRETATIONES
SUMMATIM EXHIBENS
COMPOSITUS

A
THEODORO JO. ABRAH. SCHÜTZE
SCHOLAE SENAT. NVMBVRG. RECTORE,



LIPSIÆ
IN OFFICINA HEINSIA
MDCCLXXVIII.

COMMENTARIUS
EPISTOLARUM
EPHESIENSIS
Jo. Aug. Ernesti.

Homines, imprimis adolescentes, natura valde proclives
sunt in eam partem, ut malint e rebus, utcunque cogni-
tis, quam e verbis, de sensu dictorum judicare, et ad
analogiam potius disciplinae (quamquam id non negli-
gendum) dicta exigere, quam ad praecepta grammaticae
artis referre.



6



Multa cum sint in epistolis Paul-
li, quae interpretem difficul-
tatibus, haud illis quidem
exiguus, impediunt, plurima
vero in litteris, ad Ephesios missis, re-
periantur, in quibus, Erasmo iudice,
sermo Hyperbatis, Anapodotis, aliis-
que incommoditatibus maxime laborat:
operae pretium erit, in nova earum
enarratione sic versari, ut sententia
Paulli, varietate interpretandi nimium
obscurata, curatius anquiratur. Nulla
enim est tam invida messis, ut spicile-
gium facturo non aliquot aristas re-
linquat.

A

Cap.

Cap. I.

V. I. Θεοῦ.

Essentialiter, an personaliter vox sit accipienda, olim disputatum fuisse video. Lis ipsa sub iudice non minus est, quam illa de πῖσῆς, qui alibi credentes, hoc vero loco fidi esse a Grotio dicuntur.

ἐν Εφεσοῖς. Haec quia ab auctoribus nonnullis antiquis omittuntur, concluditur, epistolam non ad Ephesios scriptam, sed illam esse, quae ad Col. IV. 16. memoretur, praesertim cum cap. I. 5. III. 2. 4. non credibile sit, Paulum Ephesiis, apud quos tres annos commoratus esset, scripsisse. (Vid. Proleg. ad Millii Test.) Legi Wolfium in Curis, et Michaëlem in Introductione contradicentes. Sed hic Bengelium, cuius verba subscribam, non contemnit, ille vero parum satisfacit. Levissima enim ratiuncula est: *Paulum in ceteris litteris lectorum nomina posuisse.* Hoc nimirum in dubium vocabatur. Criticam, ut saepe, ita hoc loco nos desere, fateor, iis motus, quae Michaelis docte protulit, lectionem vulgatam defendens. Exegeticam vero rationem, e cap. III. v. 4. petitam, nemo satis fregit, quamvis cap. I. 5. calliditas interpretum alio transtulerit. Neque tamen Wetstenium sequor, qui novam sen-
ten-

tentiae nostrae causam interseruit exegeti-
cam. Ecclesiam Ephesinam ex Judaeis po-
tissimum collectam dicit ob Act. XIX. 9.
10. 17. XX. 21. hanc vero epistolam genti-
bus scriptam esse propter c. I. 12. 13. II. 2.
11. 13. 17. 19. III. 1. IV. 7. Hoc dicitur ille
quidem: sed liquet, multa etiam in epistola
nostra Judaeis proposita esse. Itaque Ben-
geli sententia probatur: *nullam civitatem no-
minatim fuisse expressam, — Paullumque
Tychico dixisse, quo ire deberet, Laodiceam, v. c.
inde Colossas, et vel primo, vel postremo Ephe-
sum, — hinc minus in hac, quam in ulla alia
epistola descendisse ad particularia. (Vid. Gnom.)*
Et sane consultius est, in re incerta quaedam
cum Bengelio nescire, quam cum aliis tripodas sentire.

v. 2. χάρις καὶ εἰρήνη.

Sciunt tirones, favorem Dei nostramque
felicitem saepe coniungi, neque magis dif-
ferre, quam causam et effectum.

ἀπὸ Θεοῦ. Christum hominem deo sub-
jectum dici, post Hieronymum, multi pu-
tarunt. Haud scio, an Michaelis rectius
reddiderit: *Bundesgott*. Namque sic non
modo potuit Paullus Judaeorum arrogantiam
reprimere, sed ista etiam ratio generi loquen-
di temporibusque sic convenit, ut nihil supra.
Verto igitur: *a Deo, per Christum nobis quae-
vis bona pollicito, et exhibente*. Sic Deus
Abrahami dicitur, quocum foedus pepigerat.

A 2

v. 3.

v. 3. εὐλογήσας.
 Qui nos fortunavit omni ubertate. Castel-
 lio recte ac Latine vertit, sed perspicuitate
 a Luthero vincitur: *mit allerley Seegen*. Doctri-
 nam et promissiones intelligit Bahrdtius in
 Versione. Parum aberant superiores Theo-
 logi, qui *conversionem* hic reperirent.

ὑμᾶς. Rectius, ut videtur, ἡμᾶς: quam-
 quam illud in multis est editionibus, et ad
 sensum aptius. (Vid. Millium.) Res alibi mi-
 noris momenti. At hic majoris propter dif-
 fensum interpretum, vel Judaeos, vel Eth-
 nicos, vel utrosque quaerentium. (Vid.
 Zachariae Paraphras.) Quare Griesbachius,
 nova editione de quam plurimis optime me-
 ritus, nisi potiora egisset, huic varietati plus
 attendisset.

πνευματικῇ. Hanc opponi beneficiis ter-
 renis Lev. XXVI. Deut. VI. 13. et XXVIII.
 existimat Grotius, Sociniani criminis accu-
 satus a Calovio. Suspensa manu scripsit
 Michaelis in Paraphrasi: *dessen Vorbild der
 levitische Seegen in irdischen Gütern war*. Wol-
 fius autem vanam secularium bonorum ex-
 pectationem, qua Judaei temere ferantur,
 deprimi ait. Simplicius forte de Christi cul-
 torum bonis, cognitione, fide, tranquilli-
 tate, spe, ad animum pertinentibus, expo-
 nas. Perfectam et omnibus numeris abso-
 lutam fortunam non concedo intelligi, quod
 spiritus non est perfectio, nisi ubi carni op-
 poni-

ponitur. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Praecedentem vocem declarari, vere statuit Bengelius in Gnomone. Sed χρήματα supplentur a Schoetgenio, τόποι a Drusio, cui accedunt Ernesti, ecclesiam intelligens, (in Bibl. Noviss. Vol. II. p. 793.) et Tellerus Berolinensis (im Woerterbuche.) Hic quidem Ef. LXIII. 15. et duos Philonis locos comparat, ubi coelum ecclesiam significat. Recte, si quid video, quod apud Evangelistas regnum coelorum est ecclesia, et v. 20. cap. II. 6. item ad Col. I. 13. ellipsin loci, non rerum suadent, et quod cum sublimitate dicendi, qua litterae ad Ephesios exsurgunt, illa interpretatio egregie convenit. Qua quidem ratione ductus, hanc explicationem longe praefero aliis, non ineptis, quae vel *inter coelites*, vel *coelesti* vertunt. Etsi enim linguae ratio et res ipsa permittat, ut ἐν *inter*, aut ἐν ἐπουρανίοις ver-
tamus, quasi ἐπουρανίῳ sit, quemadmodum v. 18. κληρονομία ἐν τοῖς ἁγίοις est ἁγία, ex mente quorundam, et Col. II. 1. τὸ πρόσωπον ἐν σαρκὶ sine dubio est σαρκικόν; tamen grandem et verbis, et sententiis orationem subtiliter et tenuiter nolumus interpretari. Ecclesia summi Numinis est quasi domus cap. II. 19. Iam domus Dei et coelum cur differant?

ἐν χριστῷ. Per Christum. Ebraismum Lutherus jam recte sic reddidit.

v. 4. ἐξελέξατο

Non potest hocce verbum explicari prius: quam liquet, de quibus verba

A 3

Paul-

Paullus faciat. Multi Judaeos tempore V. T. cum Baumgartenio reperire sibi videntur: Moschius (apud Ernestium in Bibl. Theol. recentiori Vol. II. p. 794.) gentiles conversos describi dicit: alii Judaeos, ad Christum accedentes: alii, ut Hammondus et Zachariae, utrosque, seu totum coetum ultimorum Christianorum inveniunt. Actum igitur agunt, qui ἐκλέξασθαι aut e Systemate, aut e linguis illustrant, illum dissensum sicco pede transeuntes. Nos quidem non dubitamus, quin pristini Judaei nequeant intelligi, cum quia v. 7. praesens tempus ἔχομεν reperitur, ibique lectio ἔχομεν vix habet, quo se tueatur, tum praecipue, quod versus 9. ad Judaeos, ante Christum viventes, perperam accommodatur. Quod autem Langius ad rem hanc probandam utitur versu 3, in eo lectione ἡμᾶς, quam supra commendavimus, nititur. Neque licet solos, sive Gentiles, sive Judaeos, in fidem Christi receptos, et Ephesi viventes, intelligere, quod alii plane inde a versu 4. describuntur, quam deinde v. 13. appellantur. Idque statuimus ita, ut non tam pronomina ἡμᾶς v. 4. et ὑμεῖς v. 13. urgeamus, etsi hoc quoque, cum lectio ἡμεῖς v. 13. parum auctoritatis habeat; quam ipsa praedicata et attributa diversi generis in consilium adhibeamus. Nam qui sunt sancti et inculpatores v. 4. probati v. 6. venia peccatorum donati, v. 7. fiduciam collocantes in Christo v. 12. ii non possunt sic describi v. 13. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ἀκού-

ἀκούσαντες τὸν λόγον. Quam ob rem v. 4. et seq. aut Judaeos, Christo nomen dantes, et ubique terrarum degentes, intelligamus, aut concedamus Hammondo et Zachariae, universos Christi cultores describi, (sive Judaei ante, sive Gentiles fuerint,) non certum aliquem Ephesiorum numerum, et quia solis Ephesiis epistola non scripta est, et quia ii, quibus missa est, v. 13. demum a Paulo nominantur. Quae quoniam implicata sunt, et ambiguitati obnoxia: liceat mihi Zachariae notam, qua nil diligentius ad hunc locum invenimus, nec inventuros nos speramus, et verba ejus ipsa transcribere: Es ist wahr, daß Paullus ἡμᾶς und ὑμᾶς als bekehrte Heyden und Juden, in diesem Briefe entgegen setzt: es ist aber auch klar, daß von v. 3. bis 10. alle Christen überhaupt gemeinet seyn, welches der ganze Inhalt, besonders v. 8-10. in Vergleichung mit Pauli ganzer Absicht und übrigen Lehre, und der erst deutlich entworfene Character der bekehrten Juden v. 11. lehret. Das, was von den Christen überhaupt gesagt worden, wird erst v. 11-14. unter die beyden Gattungen derselben vertheilet, und daher der von beyden gemeinschaftliche Ausdruck, Gott habe sie εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ bestimmet v. 6. auf jede Art insbesondere angewandt v. 12. 14. Bey cap. 2, 1. muß man eine sehr gezwungene Erklärung annehmen, wenn man nicht zugeben will, daß ὑμᾶς v. 1. auf die bekehrte Heyden,

ἡμεῖς v. 3. auf die bekehrte Juden, und ἡμᾶς
 v. 5. auf beyde Arten zusammen gehe Auf
 gleiche Art sind hier ἡμεῖς v. 11. die bekehrte
 Juden, ὑμεῖς v. 13. die bekehrte Heiden, und
 ἡμεῖς v. 3 - 10. beyde Arten. Si v. 3. ὁ εὐλογησας
 ἡμᾶς legitur: pauca huic interpretationi ob-
 stant. Nam καθὼς v. 4. quod alii putant confer-
 re pronomina vos et nos, sic comparat verba
 εὐλογεῖν et ἐκλέξασθαι: qui nos beavit, sicut ab
 aeterno constituit nos eligere. Si qui autem
 illud καθὼς respondere initio versus 13. ἐν ᾧ
 καὶ existimarunt, eorum sententia non magis
 rem ad liquidum perducit, quam Zachariae
 opinio, qua ἐν ᾧ καὶ v. 11. et ἐν ᾧ καὶ v. 13.
 sibi respondere dicuntur. Communi autem
 rationi, quae inde a v. 4. usque ad 13. unum
 idemque subjectum variis attributis notari
 perhibet, id unicum vix fidem conciliat, quod
 Paullus, si Zachariae valeret explicatio, v. 11.
 ἐν ᾧ καὶ ἡμεῖς scripturus erat. Quare nos qui-
 dem praeferimus interpretationem, quae
 Judaeos, Christo addictos, non illos quidem
 paucos Ephesinos, sed omnes ac singulos re-
 perit. Atque sic καθὼς v. 4. etiam referimus
 ad comparationem eorum, ad quos scribitur,
 cum Judaeis, non ad verborum vicinorum
 significationem: qui nos (Christianos) beavit
 sicut nos (Judaeos Christi cultores) elegit.
 Inde factum quoque, ut lectionem ὑμᾶς v. 3.
 ad sensum aptiorem diceremus. Neque vero
 repugnemus, si quis ibi codicum numero
 confidendum negaverit, refragante contexto,
 in

in solemnī praesertim aberratione. Ita comparatio suavior: *qui vos beavit, sicut nos elegit.* Est ergo verbum ἐκλέξασθαι ita interpretandum, ut ad Judaeos in coetu Christianorum referatur, quod etiam additamenta ἐν αὐτῶν v. 4. et διὰ Ἰησοῦ v. 5. suadent. Solet enim Apostolus ea, debeneficiis Christianorum loquens, saepius addere. Sed, quia tot tamque diversae sunt interpretum sententiae, vix invenio, quam pro certo habeam. Alii pendente systemate, qui sibi optime consulunt, si varietatem systematis Weismanniani et Caloviani, dissensum Balth. Meisneri et Holazii de hac re diligentius perpendent. Alii cum Clerico philosophantur, qui Ernestium, de vanitate philosophantium in interpretatione disputantem, non sine fructu legent. Alii, linguam Hebraicam consulendo, acuram tangere se putant, qui munus suum praestabunt, si docuerint, utrum ἐκλέξασθαι hoc loco sit בחר *beneficiis afficere, amare, an* ברה *separare.* Illud video multis placere, quamvis nesciam, quomodo πρὸ καταβολῆς κόσμου Judaei affecti sint beneficiis. Ergo aut verbum nostrum respondet hebraico ברה, aut metonymice vertendum est: *beare proposuit.* Rerum enim notissimarum imperitus sit, oportet, qui verba in omnibus linguis, actum significantia, de agendi consilio adhiberi, dubitare voluerit. Ne quid vero taceam, quod lucem aliquam praebeat, moneo, aoristum illum pro plusquamperfecto esse

positum: sicut nos Judaeos ab aeterno ad Christum perducere decreverat. Sicut enim tempore V. T. Judaei erant electi, sive populus Dei: sic post Christum cultores hujus in eorum locum successerunt, et ab Apostolis electi vocantur. Cf. J. D. Michaelis Compend. Theolog. p. 129.

ἐν αὐτῷ propter Christum, nisi malis per Christum, et quia de proposito, ejus opera exsequendo, scribitur, et quia in sequentibus respondet διὰ Ἰησοῦ.

πρὸ καταβολῆς κόσμου ante mundum conditum. Πρὸ χρόνων αἰωνίων dicit 2. Tim. 1. 9. ἁγίους καὶ ἁμώμους. Utrum sanctitas imputata sit, an inhaerens et inchoata, nescit Beza. Recentiores compertum habent, illa nomina Christianorum *externam conditionem* indicare, quemadmodum Judaei sancti appellabantur. Adjicitur hoc loco κατενώπιον αὐτοῦ, quod *rei veritatem* exprimere dicitur. Quid vero, si anthropopathiam urgendam esse negem? Nonne domestici sunt coram patrefamilias? Ecclesia domus, coelum; Deus in domo, in coelo est: hinc *Christi cultores coram Deo*, quia cum Deo versantur.

ἐν ἀγάπῃ. Refertur vel ad ἐξελέξατο, vel ad ἁγίους vel ad participium προορίσας. Sed verisimili ratione Wolfius effecit in Curis, ad sanctitatem pertinere. Iis, quae protulit, addo, verbum προορίζειν non capere illud ἐν ἀγάπῃ propterea, quod διὰ Ἰησοῦ et εἰς αὐτὸν apponatur. Bene Erasmus, *idque non metu legis,*

legis Mosaicae, sed evangelica caritate, quae plus impetrat a volentibus, quam lex extuidebat a coactis.

v. 5. προορίσας,

cum constituisset Deus, nos sibi per Christum filios facere, Grotius. Recte. Solet enim Paullus, verba finita participiis adjectis illustrare. Sic in hoc ipso cap. ἐπερίσσευσεν participio γνωρίσας, ἐκκληρώθημεν participio προορίζοντες, ἐνήργησεν autem illo ἐγείρας declarat. Unde προορίσας et ἐξελέξατο synonyma sunt.

εἰς υἰοθεσίαν. Abstractum pro concreto. Nos voluit adoptare. Sicut Judaei erant filii Dei, ad Rom. IX. 4. ita nunc sunt Christiani. Neque hoc loco differunt filii Dei, sancti, et electi, sed sic vocantur propter jura et commoda externa, quae ecclesia confert. Nam duplex est adoptio, quarum una pertinet ad gratiam, altera ad gloriam, ut cum Systematicis loquar. εἰς αὐτὸν, sibi ipsi. Sic Calovius. Optime. Idem enim est, quod ἦ, ut scilicet ejus essemus populus, cultores, domestici: sublimitatemque adjuvat et exprimit.

κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, יצאנו pro bona sua voluntate. Duo substantiva pro uno, ut v. 11. generosam quasi et nobilem orationem reddunt.

v. 6. εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος.

Ut laus gloriosa ei reddatur pro tanto beneficio. Grotius. Sed Castellio reddidit: ad laudem.

laudem gloriosae beneficentiae. Bahrdtius cum Vatablo vertit: *ut illustrior redderetur excellentia benevolentiae suae.* Grotio, ni fallor, favet v. 12. Ceterum et hic locus ad sublimitatem accedit.

ἐν τῷ ἠγαπημένῳ propter eum, quem omnium maxime dilexit. Grotius.

v. 7. ἀπολύτρωσιν,

ipse Paullus per ἄφεσιν explicat. Modus διὰ τοῦ αἵματος. Ergo ἐν ᾧ non est, per quem, sed in quo scilicet ὄντες. Nec est, ut parenthesis nos anxios reddat, quam video inde ab initio septimi versus alios producere ad genitivum τῶν παραπτωμάτων, alios ad εἰς ἡμᾶς, alios ad dativum φρονήσει. Nulla enim hic opus est. Verbum ἐπερίσσευσεν satis demonstrat, praecedens pronomen αὐτοῦ etiam ad patrem v. 3. referendum esse.

πλούτου pro πλουσίαν magnam, excellentem. Magnifica translatio!

v. 8. ἐπερίσσευσεν

nota metaphora de magnitudine ac varietate. Hoc loco facit ad sublimitatem orationis, nec placet eam cum Wolfio ad Hiphil revocare, sicut fit 2. Cor. IX. 8. Hic enim copia verborum altius evehit orationem.

ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει nobis scil. data Grot. Cum summa sapientia et prudentia Castellio. Sic ad Deum refertur, qui expeditissimam opportuno tempore viam iniit. Ad fe-

sequentem versum trahit Hieronymus, sententia minime mutata, sed Grammatica renuente, quemadmodum Wolfius jam docuit. Nos accedimus Castellioni. Superiora enim ad *meritum Christi*, non ad *doctrinam* pertinere videntur. *Omne* autem Cicero quoque pro *summo* haud raro adhibet.

v. 9. τὸ μυστήριον:

alibi *scientia rerum divinarum*, hic *pars* eius antiquitus ignotior, sicut 1. Cor XV. 51. *Patefacta voluntate de gentibus ad salutem perducendis*, diu plerisque *Judaeorum latente*, utpote qui clara prophetarum oracula supino animo avitoque stupore non caperent. Conferatur cap. III. 5.

ἢν προέθετο ἐν αὐτῷ, und hat dasselbige hervorgebracht durch ihn. Sic Lutherus, lectionem ὃ προέθετο ἐν αὐτῷ secutus, cujus auctoritatem videbis apud Griesbachium. Reliqua petes a Wolfio in Curis.

v. 10. εἰς οἰκονομίαν.

Locus difficillimus. Ostendemus igitur eruditorum hominum conatus, lectorisque arbitrio relinquemus. εἰς pro μέχρι Hammon-
 dus cum aliis: *id consilium jam dudum apud se ceperat*, donec suo tempore revelaretur. Hoc video, fieri posse, ut locus sic intelligatur. Intellego etiam, verisimilem esse istam explanationem, si Grotii ratio expedita esset, qui
 prae-

praecedens ἐν αὐτῷ intra se vertit. Sed hoc ad liquidum non est perductum. Quare anceps haereo. Nescio etiam, utrum οἰκονομία ad *mysterium*, an ad *consilium Dei* referatur. Id si fuerit, οἰκονομία est *doctrinae publicatio*. Hoc si sumseris: *expletum consilium* intelligitur. Sententia una eademque manet. Grotius hunc versum sic enarrat: *ut suo demum tempore id publicaret, dispartiretque inter Iudaeos et Gentes*. In quo ei non est dissimilis Lutherus noster: *dass es geprediget würde*. Uterque sane praefendus Calovio, qui οἰκονομίαν de *omni gratia per Christum exhibita* interpretatur, tenebras potius, quam lucem loco affundens, Bauer in Philologia scite exponit, quasi dixisset Paullus: εἰς τὸ οἰκονομεῖσθαι, *ut efficeretur et patefieret*. Sic vero non minus latet, quo vocabulum translatum sit. Nam *efficere consilium, patefieri doctrinam* subindicat. Idem infinitivum ἀνακεφαλαίωσαθαι epexegeticum credit, quod explicet, *qualis sit ista οἰκονομία, quale istud mysterium*. Quae omnia bene dicta non ignoro. Sed ambigua etiam esse, quis neget? ἀνακεφαλαίωσις fit ἐν τῷ Χριστῷ per Christum i. e. per ministerium, vel per doctrinam Christi. Quare disquirendum: utrum οἰκονομία explicetur per ἀνακεφαλαίωσιν, an per *ministerium Christi et doctrinam*. Quam quidem difficultatem quot et quanti viri dissimularunt! Tirones igitur hic discant, iudicium paullisper suspendere.

τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν pro ἐν τῷ πληρώ-
 ματι. Exempla genitivi sic positi ubique ex-
 tant. Nec minus clarum est, *plenitudinem*
temporis dici *tempus impletum*. Interpretes
 quidem multi existimarunt, spectare Paullum
 ad vaticinia, quibus eventus responderet.
 Sed aliud est πληρῶν de vaticinatione, aliud
 de temporis opportunitate. Illa *evenit*, haec
venit. Quare τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν ver-
 te: *tempore opportuno* scil: oblato. Erat il-
 lud sane quidem praedictum: sed Apostolus
 hic non de vatibus V. T. sed de Christo lo-
 quitur. ἀνακεφαλαιώσασθαι in unum agmen
 cogere. *Verbum militare*. Haec Grotius recte
 sine controversia. Recte vero etiam adver-
 sarius Calovius *caput Deum esse statuit*. A ve-
 ro enim omnes aberrant, qui ob v. 22. Chri-
 stum caput dicunt. Est omnino Christus
 caput, etiam ab Apostolo sic vocatur, quam-
 quam non hic locus idem infert. Neque
 enim verbum originem a τῆ κεφαλῇ, sed a
 τῷ κεφαλαίῳ ducit, quod summam plurium
 numerorum, *caput Arithmeticorum* significat,
 neque ullo modo fieri potuit, ut *per Christum*
 omnia ad Christum reducta uno eodemque
 commate Paullus diceret. Contorta est Be-
 zae interpretatio, quae ἐν τῷ Χριστῷ mutat in
 εἰς τὸν Χριστὸν in *corpus Christi*, seu coetum
 sanctorum. Ceterum ἐν τῷ Χριστῷ respicit
 doctrinam, non meritum Christi, propter
 adjuncta.

τὰ

τὰ πάντα. Judaei alienigenas oderant, ut idololatrias. Gentibus inuisi Judaei ob institutorum diversitatem. Qui ex utroque genere ad Christum veniunt, amici. Sic Grotius, conspirante historia et usu loquendi Paullino, qui quare displiceat, nihil causae subest: nobis certe plus causae, cur ejus auctoritatem sequamur, quam aliis, cur eam spernant. Omnibus enim paginis Paullus τὰ πάντα sic usurpat. Nobile habes exemplum ad Gal. III. 22.

τὰ τε ἐν τοῖς ἔθνεσιν καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Antiquitus de restaurato per salutem humanam angelorum gaudio. Recentiores sive de angelorum consortio, sive de statu defunctorum in coelo, Beza vero de patribus in coelo quidem receptis, sed nondum consummatis. Grotius angelos in coelo, Judaeos et gentes in terris quaerit. τὰ ἐπὶ τῆς γῆς jam Schoetgenius (in Hor. Hebr.) de gentibus, sed τὰ ἐν τοῖς ἔθνεσιν in Lexico de ecclesia Christiana intellexit. Vero viciniora sunt, quae Ernestius, interpretum facile princeps, docuit, (in Bibl. Theol. Vol. VI. p. 475.) et Lynarius, comes illustrissimus, in Paraphrasi expressit, coelum pro coetu Judaico, terras autem pro ceteris populis habentes. Haud repugnabit, qui diligentius comparaverit c. II. 16. et Col. II. 20. Dan. VIII. 10. Neque sunt, qui in alia discedant, nisi forte ad sublimitatem parum attendentes.

ἐν αὐτῷ ad subsequentem versum refert Beza, praeunte Syro, nec dissentientibus Wetstenio et Wolfio. Verum hebraice docti non dubitabunt repetitionem supervacaneam agnoscere.

v. II. ἐκληρώθημεν,

possessionem, i.e. jus possessionis accepimus.

Grotius. κληῆρος eramus facti. Bengelius.

Wir sind das Eigenthum Gottes geworden.

Michaelis. *Unter das neue Volk Gottes aufgenom-*

nommen. Zachariae. Atque hi omnes inter

se conveniunt. Nam, qui jure gaudent fu-

turae possessionis, in coelo sunt, et Dei po-

pulo adscripti. Quare nihil moror. Ante-

cedens καὶ videtur diversum quid innuere,

sed in nonnullis codicibus omittitur. Id

nisi dubitationem iniiceret, τὸν κληῆρον καὶ

ἀνακεφαλαίωσιν sic distingueremus, ut initia

et fructus religionis cogitando separarentur.

Hinc iudicandum, qua ratione, quoque jure

hoc versu praecedentis interpretationem con-

tineri putet Wolfius. Nos huius et seqq.

versuum similitudines cum v. 4. 5. 6. indica-

mus. Enimvero, quae grandia sunt et com-

memorabilia beneficia, optimus quisque

scriptorum non modo epithetis, sed dicendi

varietate auget.

προοριθέντες. Varie illud πρὸ explicatur.

Ab aeterno, olim, in utero matris, ante Gen-

tilium vocationem, et quae sunt reliqua inter-

pretamenta. Nobis aliud ex alio cogitan-

B

tibus,

tibus, placent, quae ad versum quintum scripseramus. In compositis enim *πρὸ* saepe redundare, quis nesciat? Quod si urgeas, nihil aptius, quam *ab aeterno* propter v. 4. *κατὰ πρόθεσιν* idem quod v. 5. *κατὰ τὴν εὐδοκίαν*. conf. Rom. VIII. 28. 2. Tim. I. 9.

τοῦ τὰ πάντα ἐνεργούντος conf. Ef. XLVI. 10.
Magnifice!

τὴν βουλήν τοῦ θελήματος. Hebraismus, qualis ille: caro praeputii, pluvia imbris. Nec tamen h. l. caret sublimitate.

v. 12. *εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον*.

Vide notata ad v. 6. et noli Hebraismum negligere, quo in laudem est, qui laudat. Quosdam, ad Phil. I. 11. provocantes, laudem memini de *factis*, non *verbis* interpretari. Alii, nullo prorsus iure, hunc versum ad solos Apostolos accommodant.

προηλπικότητας. Rursus *πρὸ* sollicitos perturbatosque habet non nullos, *ante gentes post Christum natum*, *ante gentes tempore V. T.*, *ante fortunam in coelo consequendam*, *ab aeterno*, *in Dei nempe praescientia* vertentes. Quod si consideraris, Paullum de Judaeis loqui, facile te expedies.

ἐν τῷ Χριστῷ pro *εἰς τὸν Χριστόν*.

v. 13. *ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς*,

in quo etiam vos — *fiduciam collocantes*. Apparet, Paullum alloqui gentes. Conf. c. II.

c. II. 12. Perperam vero ellipsin commenti sunt nonnulli: *per quem haeredes facti estis.*

ἀκῶσαντες τὸν λόγον, admittentes doctrinam. τῆς ἀληθείας. Opponitur umbris Mosaicis, et placitis Philosophorum.

τῆς σωτηρίας aut est genitivus effecti, coll. Rom. I. 16. aut genitivus exegeticus: *de salute.*

ἐσφραγίσθητε aut nota quasi estis insigniti, per quam a reliquis discerni queatis, aut, quod aptius videtur, certiores redditi estis de spe futurae beatitudinis. 2 Cor. I. 12. Rom. VIII. 16.

τῷ πνεύματι de nova mente alii, alii de baptismo, qui nobis aequae frigidam et torpentem rationem inire videntur. Dona intelligo Spiritus sanctioris, quae cum sint amplissima et varii generis, veritatem spei, Christianis propositae, mirum quantum confirmant. Neque vero istis subtilioribus controversiis operam do, quibus vel testimonium Spiritus internum, vel extraordinaria sola, vel denique ordinaria tantum dona huic loco tribuuntur. Nam ea omnia pro temporis et vocabulorum ratione simul intelligo. Hammondus vero longius aberrare videtur, cum vertit: *qui est veluti sigillum, quo Deus ab aliis secernit acceptos.* Deus ergo minus secernat, sigillum si abfuerit? *τῆς ἐπαγγελίας,* vel passive, quae dona promissa sunt et a prophetis, et ab ipso Christo: vel active, quae promittunt salutem, de qua in sequentibus.

v. 14. ἀρραβῶν

proprie pars pretii est. Sententia: *Quae dona fidem faciunt de felicitate futura: initia sunt aeternae salutis.*

τῆς κληρονομίας. Felicitatis post mortem sed latius vox potest accipi de omnibus, quae in nos ante et post mortem Deus confert.

ἡμῶν Christianorum omnium. Sic jubet orationis series.

εἰς ἀπολύτρωσιν magni viri ad reditum in vitam retulerunt: *ad liberationem usque confirmati estis*, id est ad tempus plenae liberationis ab animi corporisque infirmitatibus. Nituntur cap. IV. 30. Licet etiam ad finem versus 13. comma ponere, quod praecipit Lamb. Bos. Sed videndum, ne interpretum culpa Paullus dicere videatur, quae sibi non respondent. Non enim *signis* post mortem divinae gratiae utitur animus, sed *fructu*. Quare aut liberatio de morte capienda, quae omnibus malis finem imponit: aut εἰς pro ἐν accipiendum, et ad τὴν κληρονομίαν trahendum: *salutis nostrae, quae in liberatione maxime spectabitur*. Illud facilitate se commendat, cum hoc paullo sit contortius, accedente praesertim novo vocabulo.

τῆς περιποιήσεως, quod Grotius *vitam* esse dicit, usu loquendi minime intercedente. *Liberationem, quae vitam secum ferat*. Praeter locos, a Grotio laudatos, conf. Ebr. X. 39. Etiam

Etiam genitivus casus sic potest accipi, quemadmodum Bauer (in Philologia) ostendit omni, qua par est, diligentia grammatica. Alii de *populo acquisito*, comparantes 1 Pet. II. 9. qui locus rem non conficit. Abstractum quidem saepe pro concreto legitur, et, sicut circumcisio sunt circumcisi, ita fieri potest, ut acquisitio significet acquisitos. Sed h. l. durior illa ratio videtur. Wolfius in *Curis Phil.* nescit, quo se vertat. Unde aequum erat, Bosio erranti non insultare. Jo. Henr. Michaelis liberationem acquisitam intelligit, sine ullo linguae neglectu. Mihi vero potior videtur illa, quam primo statim loco posui, interpretatio, et loquendi usui consentanea, et, quod hic praecipue momentum trahit, commendabilis sublimitate, quae unam rem pluribus vocabulis describit.

εἰς ἑπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ. Neque hoc abest a sublimitate. Nam repetitio laudis ingentis, dici vix potest, quantum majestatis habeat. Sic Cicero in illa post reditum in Senatu salutem sibi redditam, et laudes Consulatum iterum iterumque nominat. Vim verborum v. 6. et 12. eruere studuimus.

v. 15.

Pro tantis beneficiis cum Deo gratias debeamus; ego praecipue, qui iis distribuendis adhibitus sum, audita fide vestra, non desino gratias agere.

B 3

π 1511

πίσιν metonymice *constantiam fidei* vertunt, qui Ephesiis tantum epistolam missam statuunt. Alii *fidem*: non facile refutandi. Periphrasin, praepositione *κατὰ* factam, disce ex Act. XVII. 28. Possessio enim sic describitur Graece.

ἐν τῷ κυρίῳ in dominum. ἐν pro εἰς.

εἰς πάντας erga omnes Christianos, sive Judaeos, sive Ethnicos fuisse constat.

v. 16. ἡ πείνη

est *ἡθός* e disciplina Rhetorum.

v. 17. ὁ Θεὸς v. vers 3.

τοῦ κυρίου cuius auctoritatem sequimur et imperium, coll. Luc. VI. 46. et hujus cap. v. 22. Nubem obiicit Grotii versio: quem in coelestem regiam evexit.

ὁ πατὴρ τῆς δόξης. auctor futurae claritatis. Grotius. Alii malunt linguam Hebraicam in consilium adhibere, ac cum Beza vertere: *pater gloriae plenus*. Sunt etiam, qui Arabicam dialectum jaētent, vertendumque locum putent; *gloriosissimus*, coll. 2 Cor. I. 3.

πνεῦμα σοφίας. Spiritus saepe sonat dona. Unde dona sapientiae sunt sapientia. Novi, de ipso Spiritu Sancto quosdam accepisse. Sed eum jam habebant per fidem v. 15. Nihil ergo poterat precari, quam incrementa donorum. Nam Spiritus ipse non augetur. *Sapientiam* Grotius prudenter ait, *non huius seculi, sed meliorem*.

ἀπο-

ἀποκαλύψεως. Spiritum, sapientiam confere-
rentem, et arcana revelantem. Vatablus.
Ordinariam per verbum patefactionem intelli-
git Calovius in Bibl. Illust. De extraordina-
riis vero donis J. D. Michaelis in Paraphrasi.

ἐν ἐπιγνώσει ut magis, magisque Deum
noscat. Grotius. Etiam Lutherus ἐν pro εἰς
habet.

αὐτοῦ proprietatum, consiliorum et actio-
num, ad nos pertinentium, non naturae
imperscrutabilis. Grotius.

v. 18. πεφωτισμένους τὰς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας.

Oculi mentis sunt ipsa mens. Accusativi
a Graecis absolute ponuntur. Sententia ver-
sus est: ut plenius edocti sciatis. Articulus
enim ante ὀφθαλμοὺς ostendit, constructio-
nem a verbo δῶη non pendere.

τῆς διανοίας. Qui Millium consulet, vi-
debit, lectionem καρδίας potiore esse. Hanc
quoque in textu posuit Griesbachius. Signi-
ficatus τῆς καρδίας idem, qui est τῆς διανοίας.
Receptam lectionem male defendit Wolfius.

εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς. Infinitivus exegeticus,
Hebraeis addi solitus. Explicatur enim illud
ἐν ἐπιγνώσει.

τίς - τίς - τί. Sublimis distributio beneficii,
quod ad praesens, futurum et praeteritum
tempus pertinet. Totum est salus Christia-
norum: partes ejus sunt spes, futura beatitas
v. 18. et πίσις v. 19. Quanta sit spes — quan-
B 4 ta

ta dignitas opulentissimae haereditatis — quanta excellentis potentiae magnitudo. Grotius orationem deprimit, spem metonymice de bonis speratis interpretatus.

τῆς κλήσεως. Abstractum pro concreto. *Eorum, quos vocavit Deus.* Vocatio autem effectum infert, i. e. beneficia collata. *Eorum, quos tanta gratia complexus est:* breviter et enucleate: *Christianorum.*

ἡ πλοῦτος τῆς δόξης. Binae metaphorae e magnitudine rei evocatae.

τῆς κληρονομίας Haereditas pro bonis, quae possidemus, dicitur. Sed accedit virtus significationis, a Palaestina, Hebraeis carissima, petita, quae nec negligenda est ab interprete, nec opinatorum placitis iudicanda.

ἐν τοῖς ἁγίοις quam accepturi sunt sancti. Erasm. In neutro genere accipi volunt nonnulli, ut Sanctum Sanctorum respiciatur. Sed τὰ ἁγία nusquam pro bonis coelestibus poni objicit Wolfius, Act. XXVI. 18. comparans. Dixerim ergo, vel *inter Sanctos esse, vel periphrasim genitivi ἁγίων, sicut Rom. V. 15. δωρεὰ ἐν χάριτι pro χάριτος reperitur.*

Nec temere Wolfius contulit locum epistolae, per omnia simillimae, ad Col. I. 12.

v. 19. *εἰς ἡμᾶς*

in nobis, quos peccatores ad salutem revocavit. Sic antiquitus patres explicarunt. De mortuis, sub finem mundi in vitam revocandis

dis

dis J. D. Michaelis, auctor ille atque vindex liberalis interpretationis. Lange, ut est omnium modestissimus, (in Exeget. Versuchen) nil definire ausus est. Zachariae l. c. de fundamento regni Christi, per reditum ejus in vitam jacto. Neque negari potest, sic orationis seriem cap. II. 1. 5. 6. diligenter fuisse spectatam. Est vero, ut mihi persuadeam, orationis filium non minus sequi, qui mortis imaginem, cap. II. expressam, e versu 20. hujus capituli petunt. Ita v. 19. nondum Paulo mortis cogitatio infidebat. Deinde hanc rationem suadet Epistola ad Coloss. cui cum nostra haud dubia conjunctio intercedit.

κατὰ rei similitudinem significare apparet.

τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος. Substantiva sublimitatem juvantia. Omnipotentiam dicunt recentiores.

v. 20. ἦν

quam exseruit.

καὶ ἐκάθισεν. Habent codices nonnulli καθίσας. Sed interpreti haec varietas nihil adfert adjumenti. Graece enim a participio saepe ad indicativum oratio flectitur.

ἐν δεξιᾷ. Dextra Dei est infinita ejus potentia. Sedere ad hanc dextram dicitur, qui aequali gaudet potentia. Originem formulae tradit Ernestius in Biblioth. recentiori Vol. III. P. 1. p. 40.

ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Locis illis vitae aeternae. Fortasse sic dicit, quod eam regionem Ebraei coelum tertium supra aethera dicunt. Haec Grotius ad h. l. Majestatem coelestem intelligit Hunnius apud Calovium l. laud. quomodo Deus auxilium e coelo mittere, vel exaudire de coelo dicitur. Novas res hic molitus est Schoetgenius in Horis Hebr. locum de *ecclesia* interpretatus. Atque hanc ipsam sententiam Tellerus iniit l. c. At vero ecclesiae imperium continetur illud quidem potentia Christi, ad summam majestatem erecti, sed parum est, ut ecclesiae praesit, nisi et rebus universis dominetur.

v. 21. ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς.

Signa parentheseos huic versui et sequentibus duobus addidit Griesbachius. Quod, mea quidem opinione, factum est, ut mortis similitudo cap. II. facilius appareat ducta e mortis mentione hujus versus. Sed obiter id monuisse sufficit. Magis nunc versat et coquit me cogitatio de commemorabili diffensione interpretum, quorum alii principes et potentes, Christo subjectos, angelos esse, pars terrarum populorumque magistratus summos, sibi persuadent. Ipse Grotius *geniorum honorum classes* et h. l. indicari, et *malorum ordines* c. VI. 12. intelligendos statuit. Nostra vero aetate permulti reperiuntur, iique interpretandi arte praestantissimi, qui reges gentiumque moderatores docent
in

in potestatem Christi redactos. Hammondus utramque rationem inani conatu conjunxit. Wolfius vero pariter de recto tramite deflexit, in τῷ αἰῶνι τῆς τῆς delitescens, in quo scilicet solo reges constituentur. Imo haec ambigua vocabula plerorumque de angelis persuasionem somnumque pepererunt. Alia fortasse sunt, quae communem sententiam quodammodo stabiliant. 1) Erasmus, epistolae nostrae praefatus, multa ejus loca refert ad Ephesiorum magicas superstitiones. Daemonologiae autem dediti lectores talia de angelis capere potuerunt: idque Paullus cum cognitum haberet, nec tamen caveret: probabilitatis forsitan speciem praebuit Wolfii sententiae. 2) J. D. Michaelis l. c. hoc contra Essenos, angelorum cultores, dictum ait, *ut viderent, Christo, non angelis reverentiam atque honorem deberi.* Quod etsi firmo, non tamen prorsus caret fundamento. 3) Evidens est similitudo hujus loci et cap. VI, 12. Itaque, si cap. I. principes sunt magistratus, non angeli, cap. VI. quoque a Paulo magistratus describuntur. Istane vero sententia Paullina censenda: *pugnandum Christianis esse contra reges et principes?* 4) Non facile, qui magistratus intelligunt, Telleri, ingenio praesertim et doctrina instructo, poterunt occurrere, cum novam sessionis ad Dei dextram vim defendet. Quod enim v. 20. est ἐν τοῖς ἐπὶ θρόνῳ, id ipsum v. 21. uberius reperitur. Itaque si Christus v. 21. homini-

bus

bus praeesse dicitur, etiam v. 20. nihil praeterea infert: quo sessio Christi ad dextram. Dei ad solius ecclesiae administrationem deprimi videtur. 5) Loci paralleli Col. I. 16. et II. 15. a summis viris ad angelos non sine omni ratione accommodantur. Prior enim ille praesertim ad angelos refertur propter τὰ ὄρατα καὶ τὰ ἀόρατα in Paraphrasi Michaelis, Lynarii et Zachariae. Alter locus quidem ob versum 16. intelligitur de Judaeorum magistratibus. Sed *potest* etiam versus 16. a versu 14, et a decimo quinto decimus octavus et nonnus pendere. Quare non video, cur Grotium et J. D. Michaellem ibi angelos reperisse, moleste feramus, cum praesertim Semlerus, credulitatis errore non repellendus, *pristinæ* daemonologiae, longe lateque diffusæ, finem doctrina Christi factum esse, statuatur. Vid. Ejusd. institutio ad Doctrinam Christi p. 344. Quae non ita sunt a me scripta, ut sive cupiditate quadam, sive stultitia lectissimorum amplissimorumque virorum magnitudinem allatrarem, sed ut ingenue faterer, fuisse, quae in hoc loco enarrando crucem mihi fixerint.

κυριότητος. Hoc vocabulum nonnulli referunt ad principes ethnicorum; priora vero ad magistratus Judaeorum minores. Sed alii aliud vocabulorum discrimen faciunt.

ὀνόματος. Nomen apud Hebraeos est dignitas. Hoc liquet. Cetera, e Michaelis

lis

lis paraphrasi excerpta, si minus fidem, attentionem tamen merentur. *Man mag sie benennen, mit was für Namen man will. Die Essener, und viele unter den ersten Christen wußten die Namen der Engel so genau zu erzählen, als wenn sie einen Kundschafter im Himmel unterhielten.* Beza ad h. l. scribit: Inepte sunt curiosi, qui hinc occasionem arripiunt garrandi de angelorum ordinibus. Simpliciter enim Apostolus supra omnem omnium rerum creatarum praestantiam Christum evehit.

ἐν τῷ αἰῶνι τέτρω. De temporibus V. T. accipi posse, Schoetgenius in Lexico, et Hebraice mediocriter doctus quis non fatetur?

v. 22. Πάντα.

Mystica applicatio Ps. VIII. 7. Priori Adamo subiecta pecora, secundo angeli. Grotius, qui vero retractans alia protulit: *potestatem, inquit, ei dedit, omnia inimica ac postremo mortem ipsam subjugandi.* Vfus loquendi permittit, ut ecclesiam intelligamus.

ὑπο τῆς πόδας, ei. Hebraismus. Sicut *ἔδωκε* pro *ἵστη* constituit.

κεφαλὴν principem.

ὑπὲρ πάντα scil. *ὄντα summum et unum, sive universis rebus praelatum.*

σῶμα Metaphorae continuatio, Christus caput: Christiani membra et corpus. Accedit,

dit, e verbis sequentibus apparens, idea conjunctionis arctissimae, qua Christiani bonorum Christi fiunt participes. Quidquid enim caput habet, corporis est quodammodo.

τὸ πλήρωμα τῆ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου.
 Illud πλήρωμα de Christo dictum nonnulli putant, *in quo*, vel *qui* sit plenitudo patris. Ad verum propius accedit, quod Grotius docuit, illud *nunc passive*, *nunc active* accipi. Quod si ad ecclesiam referas, et passive intelligas: apte veritas, *quae impletur ab eo*, qui omnia — Hanc versionem non modo verisimillimam, sed nimirum audeo vel solam veram dicere propter Col. II. 10. *Omnia in omnibus implere*, Patris descriptio est secundum Vatablum et Wetstenium. Quae quidem opinio a simili phrasi Jeremiae cap. XXIII. 24. profecta videtur. Sed, re accuratius considerata, potior interpretatio est, quae usum loquendi Paullinum sequitur. Hic πάντα de ecclesia, et implere de Christo adhibet. Itaque sententia procedit hujuscemodi: *quae impletur ab eo, qui ecclesiam implet, i. e. auget donis et cumulat*. Vana enim eorum sunt verba, qui passive genitivum τοῦ πληρουμένου reddunt. Illud vero ἐν πᾶσι, commode cum cap. III. 19. et Col. IV. 12. comparatur. Neque tamen fallitur Calovius, gratiosam praesentiam hinc probans, quod *non impleveret corpus suum Christus, nisi omnibus membris corporis mystice praesens esset*, et gratia

tia

tia et donis influeret. Vid. Bibl. Illustr. Quae si cui forte displicuerint, illi Michaelis paraphrasin commendo: und sie (die Kirche) wird, als ein heiliger Tempel, von dem bewohnet und erfüllet, der alles an allen Orten erfüllet. Mihi quidem minus a vero remota videbatur, quam Bahrdtii versio: welche sein Leib ist, und von ihm, dessen Macht in die ganze Schöpfung ihren wohlthätigen Einfluss beweiset, gleichsam erfüllet und belebet wird.

Cap. II.

v. I. καὶ

Jungit verba ἐκάθισεν c. I. v. 20. et συνεζωοποίησεν c. II. 5. Lockius. Recte omnino, si ἐκάθισεν vera est lectio. Sin καθίσας praeferas, καὶ h. l. est proinde, et respicit verbum 23. capituli prioris.

ὅμᾱς ad v. 5. refert Grotius. Male Calovius ad ἐγείρας v. 20. vel τοῦ πληθυσμένῃ v. 23. cap. praecedentis.

νεκρῶς, ita immersos vitiis, ut vix ulla spes esset, vos ad meliorem posse resurgere vitam. Sic Grotius, male habitus a Calovio, qui irrogenitos omnes intelligebat: quamquam series orationis docet, Paullum de vitiis gravioribus agere. Morti et poenis divinis obnoxios alii vertunt, ut τοῖς παραπτώμασι
dati-

dativus sit causae. Qui quidem ratione Grammaticae, non sensus, differunt a Grotio. Nam poenae peccata subsequuntur. Id notatu dignius, alios esse, νεκρὸς τῇ ἀμαρτία Rom. VI. 11. quam h. l. νεκρὸς τοῖς παραπτώμασι. Deinde verbum συνεζωοποίησεν v. 5. ita Latine reddendum est, ut mortuis v. i. conveniat. Si ergo Grotium sequeris, ibi verbes: *ad vitam meliorem traduxit*. Sin alios secutus, *mortis poenas* h. l. elegeris. συνεζωοποίησεν redde: *felices reddidit*. Utrumque sane linguae atque usui respondet, sed alterum altero contextae orationi magis est consentaneum.

παραπτώμασι de Judaeis, ἀμαρτίαις de Gentilibus Bengelius. Strigelius autem illud de peccato actuali, hoc de originali. Ad meum sensum ista subtilitas non est apta.

v. 2. Περιεπατήσατε,

dedidi fuistis. Usus Ebraicus verbi קָלַח.
κατὰ ad exemplum. Gal. IV. 28.

τὸν αἰῶνα τῷ κόσμῳ. Duo pro uno verbo. Nugatur enim Bengelius, τὸν κόσμον quiddam exterius dicens, τὸν αἰῶνα quiddam subtilius. Plerique τὸν αἰῶνα morem etj consuetudinem mundi esse dicunt, ad Homeri usum, opinor, attendentes. Neque vero nobis prodest ea metonymia, qui κατὰ ex usu Paullino interpretamur: *ad exemplum mundi, seu malorum*. Longe nobis quoque sunt Michaelis, qui τὸν αἰῶνα spiritum potentem esse

esse dicit, et Schoetgenius, qui vetus Testamentum intelligit.

κατὰ ad voluntatem 2 Cor. XI. 17.

τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας, principis potentis.
Sic malo, quam cum Grotio genitivum *ἐξουσίας* collective de omnibus potestatibus aëris explicare. Parum a me abest Moldenhauer: *nach dem Willen des Fürsten der mächtigen geistlichen Finsterniss.* Multum vero distat Teller: *nach der herrschenden mächtigen Finsterniss.* Spiritus sceleratos morum esse corruptores, e cap. VI. 11. 12. apparet.

τῶν αἰέρος e Graecorum et Latinorum usu *tenebrarum.* Sic jam Coccejus accepit, ut mirer, adhuc esse, qui cum Judaeis aërem turmis et cohortibus diabolorum plenum fingant. Quodsi Philosophiam Pythagoream, qua imbutos fuisse ait Ephesios Wetstenius, Paullus hic imitatus esset: nihil tamen diceret, quam flagitiorum hortatores illos coelo expulsos hominum capitibus imminere. Praestat igitur *tenebras* pro ignorantia et improbitate temporum illorum habere. Vid. Ernestii Bibl. Theol. recent. Vol. II. P. I. p. 30. et 410. Ipse Paullus hanc rationem proximis verbis confirmat. Neque probabilis est Michaelis Paraphrasis: *den Obersten der Geisterluft.*

τοῦ πνεύματος, nemlich nach dem Geist. Perbene Lutherus. Solent enim Graeci per
C arti-

articulum interpretari. Singulare pro plurali positum dicit Grotius, quomodo homo sit genus humanum. Bengelius haec habet: *non ipse princeps, sed principium illud internum, ex quo fluunt actiones infidelium.* Nescio, an idem voluerit, quod Erasmus, *affectum mundanum diversum ab illo coelesti intelligens.* Ceterum genitivus τῶν πνεύματος aut ab accusativo ἀρχοντα, aut a genitivo ἐξουσίας pendet.

τῶν νῦν ἐνεργούντων, qui etiam nunc potestatem exercet, continuanda scilicet idololatria et superstitione. Recte omnino ad *obsessionem spirituales* vocant.

ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας in illis, qui evangelium sibi oblatum repudiarunt. Grotius. Sic ad idololatrias et Judaeos adcommo-
dandum. Ad priores solos adcommo-
dat Calov. ob Col. III. 6. Usu loquendi, qui est hebraicus, neutrum confutandum.

v. 3. ἐν οἷς

inter quos, Vatablus. Melius videtur: *cum quibus.* Non enim inter extraneos Judaei, sed cum illis peccarant. Ad παραπτώμασι Grotius retulit, a Wolfio jure notatus, quod sequitur ἐν ταῖς ἐπιθ.

ἡμεῖς πάντες, Judaei Grotius. Christiani Romae viventes Hammondus. At non scribit nomine Romanorum. Judaei et Gentiles Cleric. Versus primus Grotio palmam dat. Opponuntur enim Judaei alienigenis.

ἐν ταῖς

ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς, *Libidinibus.*
Caro est natura corrupta. Rom. VIII. 8. 12.

ποιῶντες, explicatio prioris formulae.

τῆς σαρκὸς, sensuum et affectuum.

τῶν διανοιῶν, *mentis de sede sua turbatae*, seu
praejudicatarum opinionum impetuque oc-
caecatarum.

τέκνα ὀργῆς, poenam meruimus. Sic filius
mortis hebraice dicitur, qui dignus est illa.
2. Sam. XII. 5. Grotius.

Φύσει, *plane Syrus.* Vere Theophylactus
et Grotius, qui confert Gal. IV. 8. *Ac si ad
id nati essemus*, Wetstenius, qui et loca mon-
strat, ubi φύσει pro *revera* ponitur. *Der
Nation nach Teller*, qui cum Gal. II. 15.
comparat. *Quamvis Judaei essemus* vertit non-
nemo. Beza recte ait: *quid aptius dici potuit,
quam nos non consuetudine, et imitatione, sed
ipsa natura peccatores nasci.* Rom. V. 12. seqq.
Opponitur χάριτι v. 5. Judaei φύσει ad Gal. II.
sunt *geborne Juden*, qui opponuntur profe-
lytis, non idololatriis sceleratis.

οἱ λοιποὶ ceteri, ethnici. 1. Thess. IV. 13.

v. 4. δὲ

Hyperbati longioris correctio, Erasmus.

πλέσιος abundans bonitate.

διὰ τὴν πολλὴν αἰγ. Copia ad sublimitatem
faciens.

C 2

27V

ἤν, casus graece respondet nomini, quod praecedit.

ἡμᾶς, *humanum genus totum*, Grotius. *Judaeos et idololatrias, Christo fidem habentes, Zachariae.*

v. 5. καί,

etiam, Erasmus. Pro καίπερ habet Grotius more hebraico. Forte redundat.

ἡμᾶς, Judaeos intelligit Michaelis in Paraphrasi, ut Gentiles v. 1. opponantur. Sed Zachariae per epanalepsin vertit: nos, inquam, Judaeos et Gentiles.

νεκρῶς συνεζωοποίησε v. dicta ad v. 1.

τῷ χρ. *cum Christo*, Grotius. *Merito Christi* Calovius.

χάριτι. Sunt, qui legant ἔ τῇ χάριτι. Nec male, Vid. Millius et Wetstenius. *Beneficio*, latine reddit Castellio.

ἔσε ad solos Gentiles revocat Zachariae. Vid. quae diximus ad c. 1. 1.

σενσωσμένοι societatis juribus, per Christum partis, donati. V. Danovii Program. alter. de Justificatione.

v. 6. συνείργει,

nempe spe, ut Rom. VIII. 24. Grotius. Placet Lockius, qui comparat Rom. VI. 1-10. Nam cap. V. 14. Lockio favet. Praepositio vero συν saepe similitudinem involvit. Translatio

latio

latio denique cum sequentibus sublimem reddit orationem, cum Grotius enervet.

συνεκάθισεν, ad coelestia evexit. Vid. c. I. 3. ἐν Χρ. per Christum.

v. 7. τοῖς αἰῶσι τ. ἐπ.

temporibus N. T. Krebsius c. I. 21. Erant tum tempora futura: velut nos die solis dicimus: *futura hebdomade pro hac.*

πλῆτον, magnitudinem beneficentiae. Magnifice!

ἐν χρηστότητι, pro benignitate sua. Verborum abundantia magnitudinem beneficii significat, Grotius.

ἡμᾶς, Judaeos et Gentiles.

v. 8. σεσωσμένοι

salutem consecuti, cujus primordia in regno gratiae, progressus infinitus in regno gloriae. Joh. III. 3. 5. 16.

ἐσε, de gentilibus Michaelis et Zachariae.

διὰ τῆς πίστεως, per fiduciam in Deum, Christi miraculis, morte, resurrectione excitatam, Grot. Per fidem, ortam ex resurrectione Christi, Bengel. Per religionem Christianam susceptam bene Lange l. d.

ταῦτο, alii ad fidem, alii ad σώζεσθαι referunt. Sensus idem.

ἐξ ὑμῶν, per vos.

Θεσ, evangelium praedicari jubentis, Michaelis.

τὸ δῶρον, scil. est.

v. 9. ἐξ ἔργων,

per opera. Vitam vestram si spectatis, tanto beneficio indigni fuistis.

ἵνα, unde fit, ut nemo id sibi laudi possit tribuere. Addit Beza: *hunc nodum expedi- ant, qui sola ceremonialia volunt excludi.*

v. 10. ἐσμὲν,

nos Christiani, sive a Judaeis, sive ab Ethnicis digressi.

κτιθέντες. Participium exegeticum. *Primi- tam* creationem nonnulli intellexerunt, sed melius *secundam* (regenerationem) Calov. 2. Cor. V. 17. Beza ex h. l. inquit didicimus, ipsa etiam opera, quatenus bona sunt, gra- tiae in solidum deberi.

ἐν Χρ. per Christum.

ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, ut officiis verae pietatis vacemus, Erasm. Bona opera latine sunt, *virtus, integritas, pietas Christianorum.*

ὃς προήτοιμασεν. Olim sic interpretatus est non nemo: quibus, scilicet haecenus dictis, nos praeparavit. Haud dubie praeferenda re- centior cujusdam versio: *quibus necessaria ante suppeditavit.* ὃς enim est attice positum pro ac- culativo casu. Opus vero est ad virtutem et propensione et viribus, et occasione. Bauer in Philol. supplet ἡμᾶς: ἔργοις ἀγαθοῖς, ἐν ὃις ἵνα

περι-

περιπατήσωμεν ὁ Θεός. προητοίμασεν ἡμῶς. Sic vero vires tantum et propensio videntur intelligi. Clericus: *evangelii cognitione ita nos afficit, ut bonis operibus apti fiamus.*

V. II. ἐν σαρκί.

Origine carnali. Rom. IX. 3. 1 Cor. X. 18. Grotius. *Eurer leiblichen Abkunft nach.* Bahrdt. *Non circumcisi* J. D. Michaelis. Euphemismum quendam esse volunt quidam, conferentes Leuit. XV. 2. Ezech. XVI. 26. Placet Calovius: *in statu carnali.* Non enim obscurum est, τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ esse σαρκικά. Qualis vero sit status carnalis, v. 3. demonstrat, ad quem Paullus respicit.

ἀκροβυσία. *Contemptum,* Grot. *Praeputiati* a foedere alieni et abominandi habebantur.

ὑπο τῆς λεγομένης περιτομῆς, ab iis, qui circumcisos, i. e. foedere initiatos, sanctos, Deoque probatos se credebant.

ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, quamquam externa tantum, non interna (cutis, non cordis, manibus facta, non Spiritu, i. e. evangelicis praeceptis) *circumcisione* gaudebant. Nos, ubi ἀκροβυσία in concretum mutata est, abstractum in versione oportet repetere.

V. 12. ὅτε,

repetitio, nisi praeferas ἐς, quod tamen nec necessarium est ad sensum, nec ad criticas regulas conveniens.

C 4

χωρίς

χωρὶς Χριστοῦ. Messias vobis non erat promissus. Grotius. Sine fide in Christum. Promissus enim fuerat in Adamo et Noacho, Calov. Sine cognitione Christi Zachariae. Omnes, opinor, recte, pro suo quisque sensu. Neque enim sciebant, Christum promissum esse, neque cognoscebant salutis suae auctorem non speratum. Tu vide, ne aliorum accuratione et subtilitas filum orationis oculis eripiat: vos illo tempore Judaeis deploratiores, civitate illorum destitutos.

τῆς πολιτείας, in illa rep. a Deo instituta, non modo honores non poteratis capere, sed nec pro civibus haberi. Nunc vero aliam sibi remp. Deus facit, in qua per omnes honorum gradus provehi potestis non minus, quam Judaei. Haec Grotius. De politia vero ecclesiastica, non civili, i. e. foedere, legibus, privilegiis, beneficiis Calovius. De jure civitatis recentiores. Quae omnia perinde sunt, ut illius animus, qui dicit. Jus civitatis potest latius et strictius accipi: leges item divinae, quas Calovius nominat. Honores autem, de quibus Grotius loquitur, et civilem et ecclesiasticum statum tangunt. Israelitarum enim dignitas gentilium contemtibili conditioni opponitur.

τῶν διαθηκῶν, de pactis cum Abrahamo, Isaaco et Jacobo et legali per Mosen, Grotius. De evangelicis tantum cum Patriarchis, non legali, Calovius. Hebraice foedera sunt vel
man-

mandata, vel promissiones. Jam legi Mo-
saicae observatae praemia proposita fuisse,
quis neget?

τῆς ἐπαγγελίας, genitivus exegeticus.

ἐλπίδα, spem vitae aeternae, Grot.

ἄθεοι, verum Deum aut ignorabatis, aut
certe non colebatis, Grotius. Ohne eine
Verbindung mit Gott, Michaelis. Vim vo-
cis, nostris temporibus solemnem, removet
Jo. Geor. Hofmannus ad Lockium.

ἐν κόσμῳ, per omnes terrarum oras. Grotius,
qui aequè friget, ac si quis concionator di-
ceret apud nos: redite ad frugem, qui ante
peccavistis in Germania. Paullus id vult: in
perditorum hominum sentina. Mundus
enim sunt improbi.

v. 13. *ἐν*,

pro *διὰ* Grotius. Malo ellipsin supplere:
ἐν χριστῷ ὄντες, cum quia *χωρὶς χριστοῦ* op-
ponitur, tum quod sequitur *ἐν τῷ αἵματι*
τῷ χρ.

μακρὰν, longe a cognitione Dei veri et a spe
vitae coelestis, Grot. Beza confert cum Es.
XLIX. 1. LVII. 19. Michaelis: von der
Kirche Gottes, Ex. XII. 48.

ἐγγὺς clare illa conspiciatis, Grot. In die
Kirche Gottes aufgenommen, Michaelis. Rab-
binorum locos, de ecclesia sic loquentium,
sat multos monstrat Wetstenius. Ex. XII. 48.

ἐν τῷ αἵματι. Mors Christi et eam secuta resurrectio vos rerum istarum certos fecere. Grot. Sanguinem Christi opponi circumcisorum sanguini, Michaelis ingeniosius, quam verius forte dixit. Hammondus foedus, inquit, inter utrosque sanguine Christi adstrictum. Col. II. 14. Alii morte Christi propinquitatem illam volunt acquisitam. Nec apparet, cur vituperandi sint, cum Apostolus idem doceat v. 15.

v. 14. ἡ εἰρήνη,

caussa est concordiae inter conversos ex Judaeis et Gentilibus c. I. 10. Grot. Hoc sequi videtur e lectione codd. nonnullorum ἡ εἰρήνη ὑμῶν. Alii pacis cum Deo auctorem Christum dici perhibent, quod Paullus v. 16, scribit.

τὰ ἀμφοτέρα nempe γένη, Grot.

ἐν nempe σῶμα. Grot.

τὸ μεσότοιχον τῆς φραγμῆς. Septi interstitium abrupit, Castellio. Sunt duo vocabula pro uno. Intergerinus paries dicitur, qui duas domos et familias discludit. Jam transfer ad Judaeos et Gentes, et continuo videbis, parietem nihil esse, quam cancellos in templo, qui alienigenis aditum prohiberent. Sententia ergo est: *cultui Hierosolymitano finem imponens.* Nam proprie cancelli nondum erant disiecti.

λύσας

λύσας ad τὴν ἔχθραν refertur post patres nonnullos, ab Erasmo, Stephano, Grotio et Griesbachio. Magna sunt nomina: sed mihi, fateor, oratio melius neci videtur, si τὴν ἔχθραν cum Luthero referas ad participium καταργήσας. Inimicitia dicitur *caussa dissidii*.

v. 15. ἐν τῇ σαρκί,

quod mox dicit per crucem, Grot. Da er die gedroheten Strafen desselben an unserer Statt getragen. Zachar.

τὸν νόμον nehmlich das Gesetz, Luther.

ἐντολῶν pro ἐντέλλονται, redundancia Hebraica. Grotius comparat cum ἱερῆ πρᾶξι praeceptis de diebis, victimis et cibis.

ἐν δόγμασι, *doctrina sua*. Col. II. 14. Grot. Beza vero supplet: *quae est*. Alii cum decretis, i. e. ritibus et institutis. Docte Erasmus ait: Si articulus additus esset, τὸν ἐν δόγμα. nullus supererat scrupulus: nunc sermo habet amphibologiam. Nam referri potest ad praeced. et ad sequentia: *Sitam in decretis — per dogmata evangelica*. Illud Ambrosio, hoc Chryostomo placuit. Jam Paulus legis praeceptiones appellat δόγματα Col. II. rursus alibi: τί δόγματίσειςθε. Evangelii praecepta nusquam legimus dicta δόγματα. Submovendus est igitur ille scrupulus de articulo. καταργήσας vi privans. *Vis autem intelligitur obligandi*, Grotius.

τὰς δύο ante ἀμφοτέρωθεν dixit.

κτίση vid v. 10.

ἐν ἑαυτῷ, sua doctrina, Grot. Durch das, was er selbst für uns alle zu leisten übernahm, Zachar.

ἄνθρωπον, corpus, ecclesiam, Grot. vid. ad v. 2.

ποιῶν εἰρήνην, concordia constituta. Grot. Rituum discrimine sublato.

v. 16. ἀποκαταλλάξῃ,

inter se conciliaret, ut Deo serviant, Grot. Melius haud dubie nostri de Deo utrisque conciliato. Hoc enim est, quod Paullus in sequentibus tractat.

ἐν ἐνὶ σώματι, in unum corpus, Beza. In una societate alii. Indem er an seinem Leibe allein die Strafen beyder Parteyen ertrug, und folglich den Rechten nach beyde gleich machte, Zachar. Vix ulla reperietur interpretatio, quae veram Paulli mentem funditus subvertat. Sed vide Col. I. 22.

διὰ τοῦ σταυροῦ, per doctrinam cruce sancitam, Grot. Morte ac merito, Calov. Quidni utrumque? Num Paullus solet cogitando divellere, quae sua natura conjuncta erant? Arguta certe sedulitate non utitur.

ἀποκτείνας, idem, quod λύσας, sed aptior illa vox ad mentionem crucis, Grot. Perem-
ris inimicitiiis. τὴν ἔχθραν enim non solum
de

de amborum similitate, sed etiam de Dei hominumque dissidio interpretamur.

ἐν αὐτῷ scil. σαυρῷ, Grotius. Lutherus autem post Ambrosium et Vulgatum ἐν ἑαυτῷ legit, quod etiam est in codice Clarom. Bengelius supplet σώματι.

v. 17. καί,

Quid? quod: vel simpliciter: inimicitias sustulit, et pacem nuntiavit.

ἐλθῶν, redundat hebraice, Grot. Argutulus videtur Bengelius, quando supplet a morte.

τοῖς μακράν, v. ad v. 13. τοῖς ἐγγύς ibid.

εὐηγγελίσατο, docuit, et doceri iussit. Verba simplicis actionis saepe pro actione duplici.

εἰρήνην Deos hominesque conciliatos. Non est sola hominum, idololatriam et Iudaismum repudiantium, concordia propter v. 18. ubi Deus legitur placatus, addita particula ἔτι.

v. 18. προσαγωγὴν,

aditum quasi ad regem, Grot. Proprie est fructus salutis a Deo paratae, quae fiduciam inspirat.

ἀμφότεροι, sine discrimine.

ἐν ἐνὶ πνεύματι. Qui Spiritum S. acceperunt, certi sunt, se esse Dei filios, Grot. Insigne Trinitatis testimonium, Calov. nempe unius ejusdemque Spiritus vim intelligit. Zachariae autem:

autem: *mit gleichförmiger Gesinnung.* Cf. c. IV. 3. Rom. VIII. 15.

τὸν πατέρα, vid c. l. 2.

v. 19. πάροικοι

qui domicilium in aliquo loco habent, sine jure civitatis, Grot. Nova est descriptio beneficii, quo in sacram societatem erant admissi. Peregrini ante fuerant, *expertes omnium bonorum.* Potuerant inquilini fieri, ut externis tantum commodis reip. novae fruerentur. Sed optimo jure suscepti sunt, συμπολίται cives urbis divinae.

τῶν ἁγίων, Judaei, Deo sacri, sic dicebantur. Apostoli ad Christi cultores transferunt.

οἰκεῖοι, *ad familiam Dei pertinentes,* Grot. Magnifice dictum. v. c. l. 4. Plus enim est, domesticum principis, quam civem reip. numerari.

v. 20. ἐποικοδομηθέντες.

Nova metaphora de eodem beneficio. Sicut aedes e varia materia exstruuntur, ita nova societas ex Judaeis et Gentibus conflata. *Conjuncti et consociati.*

τῷ θεμελίῳ, *doctrina.* Doctrinas primarias intelligunt. Quis vero dicat, Apostolos res secundarias protulisse?

προφητῶν, *proximorum dignitate Apostolis.* c. III. 5. IV. 11. 1 Cor. XII. 28. Grot. *Prophetarum V. Testamenti,* Calov. Unde vero Ephe-

Ephesii libros propheticos mutuati erant? Ceterum vocabula, προφητεύω, προφήτης, προφητεία in N. T. lucem adhuc exspectant, historiae sacrae monumentis reducendam. Subverendum enim est, ne incerta pro certis habeamus, si oratores ac poetas sacros interpretesque divinitus adiutos promiscue prophetas nominatos fuisse, dixerimus.

ἀκρογωνίαῖς supple λίθῳ. Genitivus absolute positus. *In qua structura Christus est lapis angularis.* Duo parietes sunt Judaei et Gentes. Hos, sicut lapis praecipuus angulatam structuram, Christus adunat et continet.

v. 21. ἐν ᾧ,

super quo. Proprie per quem. Illud metaphoram, qua ecclesia est structura, continuat.

πᾶσα ἡ ἐκδομή, tota ecclesia, Judaeos et Gentiles complexa.

συναρμολογημένη, fide et amore conjuncta.

αὐξεῖ, *surgit*, numero augetur. Adhuc architecti in opere versabantur.

εἰς ναὸν ut sit templum, v. seq. dicitur κατοικήτηριον.

ἅγιον seq. v. τῷ Θεῷ.

ἐν κυρίῳ seq. v. ἐν πνεύματι. Indicata similitudo monstrat, templum intelligendum esse κυριακὸν et πνευματικὸν, sive Christianum et evangelicum, cui opponatur Judaicum, manu et arte factum. Alibi singuli Christiani dicun-

dicuntur templa. Hic vero, ut contextus loquitur, omnes unum sunt templum. Quae si displicent: ἐν κυρίῳ cum Grotio accipe pro ἐν αὐτῷ, vel cum Beza verte, Domino, ut ἐν pro ἡ, dativi nota, positum sit, et ἐν πνεύματι per spiritum redde cum Grotio.

v. 22. συνοικοδομεῖσθε,

super quo etiam vos simul cum Judaeis aedificamini, sive hujus structurae vos quoque pars estis. Repetitio et applicatio v. antecedentis.

Cap. III.

v. I. τῆτου χάριν,

Ut igitur fiatis templum.

Παῦλος, *sum* supplet Erasm. Sed πρὸς βένω addit Castellio, secutus codicem Colinaeum. Beza, *haud satis*, inquit, scio, ἀν πρὸς βένω conveniat praepositioni ὑπὲρ — nisi accipiamus pro ἕνεκα, quod et ipsum duriusculum fuerit, quia praecessit τῆτου χάριν. Alii vero subaudiunt κεκάυχημαι, quod simile quippiam dixisse videatur Phil. II. 16. — Articulus ponitur κατ' ἐξοχήν. Multa enim erat captivitatis celebritas.

ὁ δέσμιος, militi alligatus. Act. XXVIII. Grotius.

τῆ Χριστοῦ, propter Christum. i. e. doctrinam Christi.

ὑπὲρ

ὕπὲρ ὑμῶν, vestro bono. Confirmabantur in veritate doctrinae et ad patientiam exemplo instituebantur. Calov. *Quia jura gentium defendo* Alii.

v. 2. εἶγε.

Hic parenthesis incipit, finitur δυνάμει αὐτῆς v. 7. Mutatur autem v. 8. constructio. Grotius. Ad finem v. 12. parenthesis extendit Camerarius, ut v. 1. et 13. cohaereant sine ellipsi, quam v. 1. varie supplet. Alii parenthesis producant ad finem v. 13. ut coniungatur v. 1. et 14. Justo prolixior est Erasmi, Schmidii et Hammondii parenthesis, ad finem hujus capituli progrediens. J. D. Michaelis autem v. 1. supplet *sum*, quo facto signa parenthetica superflua credit. Denique dissentiunt viri docti, utrum εἶγε *siquidem*, an sit *quandoquidem*. De qua re confer dicta ad ἐν ΕΦΕΣΩ cap. 1. 1.

ἡκῆσατε, ut ὑμῶν γινώσκειν. Grotius.

τὴν οἰκονομίαν. Dicitur haec vox proprie de patrefamilias, sumtus non uno tempore omnes simul effundente. Wetsten. Oeconomii erant servi praecipui. Tralate sunt Apostoli 1 Cor. IV. 1. J. D. Michael. Munus docendi, seu administrationem evangelii.

τῆς χάριτος, veritatis evangelicae Bauer in Philol. ita, ut genitivus τῆς δωδεΐσης per hypallagen referatur ad τὴν οἰκονομίαν. Licet etiam beneficii divini in vos conferendi scil.

D

munus,

munus, vertere. Alii compararunt Gal. II. 9. et hujus capituli v. 7.

εἰς ὑμᾶς, ad vos pertinentem. Grot. *Inter gentes* Erasm. *Per Hebraismum vobis.* Talia nimirum e suo quisque sensu judicat.

v. 3. ὅτι,

explicatio oeconomiae creditae.

κατὰ ἀποκάλυψιν immediate, divinitus Act. IX. 15.

τὸ μυστήριον pro τῷ. Quid sit, legitur v. 6.

προέγραφα, alii de epistola priori: alii re-ctius de prioribus hujus epistolae capitibus. Calov.

ἐν ἐλίγω sc. μέτρῳ: paucis.

v. 4. πρὸς δ,

per quod, ex quo, unde.

σύνεσιν ἐν τῷ μ. cognitionem mysterii Christi, sive religionis, per Christum Judaeis et idololatriis bona quaevis pollicentis.

v. 5. γενεαῖς

aetatibus. Antecedens ἐν vix est a Paulo additum. V. Mill. et Wetsten. Act. XIII. 36.

ἐκ, non adeo, uti nunc. Calov. Quae sunt apud Prophetas, valde generalia sunt, et ante eventum perobscura. Grot. Quod cum ita sit, nec angelis quidem satis notum v. 10.

quo-



quomodo tot inveniunt loca in prophetis, in quibus manifesto Gentilium vocatio praedicatur? Clericus.

τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, לבני אדם hominibus, hominum generi.

ἀγίοις, i. e. ἀφωρισμένοις Jer. I. 5. J. D. Mich.

προφήταις v. ad c. II. 20.

ἐν πνεύματι, per afflatum Erasmi. in Paraphr. sed in notis ad h. l. cum Ambrosio refert ad seq. Gentes coheredes non ceremoniis, sed doctrina evangelica esse. Illud facilius.

v. 6. τὰ ἔθνη,

populos lege Mosaica carentes.

συγκληρονόμα, pari jure vocatos ad vitam coelestem, quae hereditas dicitur. Grot.

σύσσωμα. Synonymum, paria in nova societate jura describens. Corpus enim est societas. Gal. III. 28.

τῆς ἐπαγγελίας, Spiritus Sancti cap. I. 13. Grot. Promissionis evangelicae, quam qui habent, spe vitae aeternae gaudent. Calov.

αὐτῶ, alii ad Deum, alii ad Christum referunt. Possis etiam ad πνεῦμα.

ἐν τῷ Χρ. alii per Christum, alii propter eum. Quia sequitur: *per evangelium*: omnium acutissime reddidit Erasmi.: *gaudentes communi capite Christo*. Nihil enim profecto vult Paullus, quam populos omnes, Christum amplexos, (*in Christo*) participes fieri,

ri, per evangelium, salutis aeternae. *Per evangelium autem est*, per fidem evangelicae doctrinae habitam.

v. 7. διόκονος,

cuius religionis doctor.

τὴν δωρεάν, donum linguarum. Grot. Omnia dona Calov. Melius, ut videtur. *Pro beneficentia, largiter mihi exhibita.* Magnitudinem enim hujus beneficii divini copiose describit.

κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως, per summam potentiam. ἡ ἐνέργεια τῆς δυνάμεως est ἡ δύναμις ἐνεργῆς. 2 Theff. II. 11. Erasmus sic: non quod ipse meis viribus par sum tam arduae provinciae, sed illius beneficio fortis sum et intrepidus. J. D. Michaelis autem de miraculis ad confirmandam doctrinam evangelicam factis.

v. 8. τῷ ἐλαχιστότέρῳ,

longe infimo. Respicit pristinum odium in Christianos, omninoque modestiae in tanto honore specimen dat commemorabile. Longe alia iis mens est, qui se nunc solos sapere, ceteros velut umbras volitare existimant.

ἡ χάρις, provincia, munus.

τὸν πλεόντων, copiam bonorum, per Christum consequendorum. *Amorem* Krebsius vertit, minus, opinor, perspicue.

v. 9.

v. 9. Φωτίσαι,
docere. c. I. 18. 2 Reg. XII. 2.

τίς, quam late pateat, vel quam prae-
stans sit.

ἡ κοινωνία, participatio, latinius *communi-
tas*. Lectio Erasmi, quem longo sunt ordi-
ne secuti editores N. T. a Wolfio in patro-
cinium suscepti. Contra ἡ οἰκονομία placet
Millio, Whitbio, Michaeli, Griesbachio.
Ipsa loci sententia nihil mutatur. Α τῇ οἰκο-
νομίᾳ enim ἡ κοινωνία pendet.

τοῦ μυστηρίου v. ad v. 3.

ἀπὸ τῶν αἰώνων, a longissimo tempore. Grot.
V. Lutheri versio Amos. IX. 11. ubi aeterna
tempora dicuntur pristina. *Ab aeterno* qui-
dam hic vertunt: sed, quia homines non
fuerunt ab aeterno, nihil aliud, quam Gro-
tius, dicere videntur.

ἐν τῷ Θεῷ, in intellectu Dei. J. D. Michael.
Vid. c. I. 9,

τῷ κτίσαντι. Grotius explicat cap. II. 10.
15. Beza et Calovius, patres nonnullos imi-
tati, creationem primam intelligunt. Nobis
v. 10. est argumento, verum a Grotio re-
pertum esse.

διὰ Ἰησ. χρ. lectio dubiae auctoritatis. Wet-
sten. et Griesbachius. Quare non probanda
Seileri conjectura, (in Comp. Theol. scho-
lis scripto) e loco nostro ducta, diversam

patris et filii in creando mundo operandi rationem fuisse.

V. 10. νῦν ταῖς ἀρχαῖς.

Angeli, Christum terris gratulati, eundem comitati, consolati, in coelum redeuntem comitati, non ignorabant, quid factum esset. Sic fere superiores interpretes, 1 Pet. 1. 12. laudantes. Recentiores de magistratibus Judaicis, Origenem et Tit. III. 1. secuti. Nos plura diximus ad c. l. 21.

ἐν τοῖς ἐπερρανοῖς. Varie redditur. In coelo. In constituendo regno gratiae. In rebus, quae pertinent ad ecclesiam N. T. In rep. Iudaica. Qui Beza legat ad Rom. VIII. 38. varietatem istam non perhorrescet.

διὰ τῆς ἐκκλησίας. J. D. Michaelis, qui totum versum parenthesin esse statuit, vertit: durch diese neue Einrichtung der Kirche. Calovius ad angelos refert: cognoscendo, quae in ecclesia gerantur, quaeque illi obtingant. Erasmus reddit latine opera ecclesiae, quatenus in tam multiplicis turbae conjunctione, in tam consentiente discordia melius apparet Dei sapientia, quam in unius Synagogae gubernatione.

ἡ σοφία, locorum, personarum, et temporum circumstantiae, ad eundem finem sapienter accommodatae. Erasm.

V. 11. πρόθεσιν τῶν αἰώνων,

propositum aeternum. Ut decreverat ab omni aevo.

ἐποίη-

ἐποίησεν, *executus est per Christum*, Grot. Zachariae autem noluit v. 9. cum decimo coniungere, sed decimum cum undecimo, *ne τὰ πάντα κτίζειν, et τὴν πρόθεσιν ποιεῖν* combinentur. Alii benevolentiam Dei intelligunt, sicut Rom. VIII. 28.

v. 12. ἐν ᾧ ἔχομεν,

per quem habemus Judaei aequae, ac Gentiles, in fidem Christi recepti.

τὴν παρρησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν, aditum fiduciae plenum. Gentilibus nempe patefactus erat primum, Judaeis autem promptior et facilius. Rom. V. 2. *Totum Christianorum cultum intelligit Zachariae: solas preces J. D. Michaelis, qui contra cultores angelorum hoc a Paulo additum vult.*

αὐτῷ, genitivus objecti: *in illum*. Vid. Langii Exeget. Versuche p. 421. Rom. III. 22. Phil. III. 9.

v. 13. ἐκκακεῖν,

alibi segnescere, hic expavescere, Grotius. *Ne animum abiiciatis*, Theophyl. *Ne deficiam ego*, Hieronym. Illud sequentia suadent.

ἐν, propter, Luther.

ὑπὲρ ὑμῶν, *vestra causa i. e. quia hanc Dei erga vos oeconomiam defendo* Hammond.

ἦτις, poterat plurali uti, Grot. Vos gloriari potestis de fidei certitudine, cum nos tanta illius causa perferre cernitis. Alii:

D 4

haec

haec gloria vestra est, si animum non despondeatis. Utrumque est verisimile.

ἡμῶν, lectio ad sententiam facilior. Certior illa vulgata ὑμῶν.

v. 14. τέττε χάριν.

Quia igitur plenior cognitio animum vestrum confirmabit. J. D. Michael.

κάμπτω τὰ γ. preces fundo.

τῆ κ. ἡμ. Ἰησ. χρ. lectio a Millio, Wetsteno et Bengelio repudiata. Nec eam vindicat Griesbach.

v. 15. ἐξ ὧν,

alii ad patrem, alii ad Christum referunt. Illud melius ob criticam varietatem.

πάντα pro ὅλη c. II. 2. Beza. Ergo ad Iudaeos et Gentiles spectat.

πατρὶὰ בית אבות familia. Ex. VI. 25. XII. 1. Solenne est Ebraeis, cum de angelis et hominibus piis loquuntur, nominare eos familiam Dei superiorem et inferiorem. Grotius. Apposite confert Krebsius Luc. II. 4. Angelos autem hic non concedit ab Apostolo enumerari Calovius, solos homines, cum vita defunctos in coelo, tum vita fruantes in terris, intelligens. De Iudaeis et Gentilibus conversis Lynarius. Bene!

ἐν οὐρανῶις. Ne hic quidem velim de angelis subtilius philosophari: quibus vix putem adoptionis in filios nomen convenire. Beza.

ὀνομά-

ὀνομάζεται. E cuius nomine celebratur, seu cuius nomine dicitur. *Qui totius familiae pater est.*

v. 16. δὴν,

faciat, ut augeamini — v. 17. ut habitet — v. 18. ut possitis — v. 19. ut cognoscatis. *Asyndeton non negligendum.*

τῆς δόξης, *pro gloriosa opulentia.* Castell. Hebraeorum נָו comparat Grotius. Sed quoniam LXX. Interpr. sic etiam reddunt רַחֵם et רַבּוּ magnitudinem misericordiae non male intelligas. C. I. 18.

δυνάμει κραταιωθῆναι, viribus augeri Grot. *Proficere in cognitione, fide et sanctitate* Calov. *Donis miraculosis* J. D. Michael. *Mächtig gestärket und befestiget werden.* Zachar.

διὰ τοῦ πνεύματος, auxilio Spiritus Sancti.

εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, *pro ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ,* in mente ipsa. Sic Lutherus vertit. Rom. VII. 22. *Falluntur, qui confundunt cum novo homine.* Grot. *Non mens tantum, sed et voluntas, affectus et quaevis facultates huc pertinent.* Calov. *Eurer ganzen innern Gemüthsfassung nach.* Lynar,

v. 17. κατοικήσαι,

eaque sit fidei vestrae firmitas, ut existimetis, Christum nusquam vobis non affuturum. Erasm. *De indiciis propioris benevolentiae, sicut rex non nisi bene caros adit.* Grot. *Melius*

D 5

fimi-

similitudinem a templo Hierosolymitano petiisset, ubi Deus habitabat, i. e. praesentiae documenta dabat. *De unione Christi secundum utramque naturam.* Calovius. *De cognitione et cultu Christi non intermittendo.* Zachar. Forte cum recentioribus tropum agnovit, e Joh. XIV. 21. 23. Rom. VIII. 10. XIII. 14. tuendum. In universum locus spectat unionem mysticam, quam priores non solam *operationem*, sed *approximationem* etiam dicebant. Alteram partem nuper ipse Seilerus omisit in Compendio. Sed, si dicendum, quod res est, noster locus forte de altera quoque parte intelligendus propterea, quod non de natura divina, cuius omnipraesentia mutari nequit, sed de Christo sermo est, quocum in Sacra coena ita conjungimus, ut idem fiat praesentior. Vid. Ernestii, Viri summi, Disp. de praesentia corporis et sanguinis J. in S. C. Quae quidem a nobis enodatus proposita, non eo spectant, ut laudatum Seilerum refutemus, (non enim, quantum scimus, super hoc loco quicquam scripsit:) sed ut appareat, unionem Dei, et unionem Christi, qua homo est, Filii Dei omnipraesentiam et Christi hominis praesentiam in Sacramento probe considerandam esse.

ἐν ἀγάπῃ, de amore in Deum et homines. Calvinus. *De amore Dei erga nos* Wolfius. Illud placet. Virtutes enim Christianorum, fides, amor, cognitio, non Dei beneficia percensentur.

ἐξέλιξω

ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι. *Duae meta-
phorae de constantia*, Grot. Alii prius de vir-
tutis studio, posterius verbum de persuasione,
quae Christo, tanquam fundamento, nita-
tur. Ad sequentia referunt, et ἵνα per tra-
jectionem ante haec participia collocant
Grot. et Bengel.

v. 18. τί τὸ πλάτος — ὕψος.

Translatio sumta a Geometricis mensu-
ris. Sed magnitudinem, quam describi
clarum est, alii gratiae divinae, alii ecclesiae
tributam opinantur. Fuit etiam, qui τὸ πλά-
τος καὶ τὸ μῆκος ad Dei benignitatem, τὸ βάθος
autem ad praecipuum periculum, quo Christia-
ni liberarentur, et τὸ ὕψος ad summam, qua
donentur, felicitatem referret, ut ambiguae
interpretes fidei esse, nemo dubitet. Saepe,
memini, talibus in locis posteriores, ad in-
citas redactos, duas interpretationes contexe-
re: quod plerumque fallit et ipsos, et alios.
Id hoc ipso loco accidit Wolfio, magnitudi-
nem et bonitatis divinae, et ecclesiae christia-
nae intelligenti. Verum enim vero claris
verbis, si duae rationes parem habeant spe-
ciem, interpres fateatur difficultatem, ne
fumum vendat. Sin est, cur alterutram ra-
tionem sectetur: neque hoc reticendum.
Laudo igitur hic J. D. Michaellem, quamquam
mea laude majorem, quod hic perspicuis ver-
bis ait, se intelligere *magnitudinem ecclesiae*,
quod Pauli tempore multi reperirentur, qui
non

non circumcisos putarent ab ecclesia arcendos, adeoque numerum Christianorum justo minorem conficerent. Zachar. quidem sic occurrit: *dadurch, dass Christus in ihrem Herzen immer festere Wohnung erhielt, konnten sie nicht begreifen, wie weit sich einmal der grosse Umfang der Kirche erstrecken sollte.* Sed hoc is non scripturus erat, si τὸν Χριστὸν metonymice de cognitione Christi se interpretatum fuisse, reputasset. Quo melius enim et accuratius Christum cognoscebant, eo perfectius, quae ad cultores Christi pertinerent, intelligebant.

v. 19. γινῶναι,

ut magis magisque cognoscatis dilectionem Christi.

τῆς γνώσεως. Dilectio Christi vincit cognitionem, i. e. facultatem nostram cognoscendi. *Nunquam satis comprehenditur animo.* Paullus repetit, quod v. 8. dixerat: impervestigabiles esse Christi opes. Nec metaphorae versus decimi octavi nobis adversantur. Magnitudo enim ecclesiae, Christianorumque multitudo incredibilem amorem Christi declarat.

πληρωθῆτε. *Ut bonis spiritualibus impleamini, tam largiter, ut suos Deus solet cumulare.* J. G. Hofmannus.

εἰς pro ἐν habent Grotius et Castellio, quorum posterior autem aliam vim τῶ

πλη-

τῷ πληρώματι tribuit: *ut omni divina perfectione sitis perfecti.* Forte in animo habuit locum Jo. I. 16. Nostra quidem sententia, τὸ πλήρωμα Paulo saepius est donum, quam perfectio. Durior etiam videtur Bezae sententia, quae eis pro usque habet: ita ut in vobis abundet Dei ingens illa beneficentia.

v. 20. τῷ δυναμένῳ.

Doxologia, qua Paullus concludere solet rei alicuius tractationem, quaque hic significat, Deum preces, paullo ante factas, habiturum esse ratas.

ὑπὲρ πάντα, plura et majora, quam.

ἐκ περισσῶν, pro adverbio, quemadmodum dicitur ἐκ τρίτου. Quare ὑπὲρ ἐκ περισσῶν est longe excellentius.

ῶν pro ἄ per Graecismum.

κατὰ τὴν δύναμιν, ita ut incepit operari. Nam κατὰ similitudinem significat, Grotius. Vi, quae viget in nobis, Castellio. Ad miraculorum dona refert J. D. Michaelis. Alii ad conversionem. Nostra aetate dona illa miraculosa parcius quaeruntur.

v. 21. αὐτῷ,

per redundantiam ponitur.

ἐν Χριστῷ, in ecclesia Christiana. Vid. Luth. Vers. Gal. I. 22. Grotius mavult, *gratias agi per Christum.* Sed sic nihil aliud Paullus dicit.

dicit. Christiana enim quae dicitur ecclesia, non nisi per Christum gratias agit.

εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων.

לכל דורות עולם.

τῶν αἰώνων, *lectio probabiliter omittenda*, Griesbach.

Cap. IV.

v. 1. ὅτι,

Quoniam intelligitis, a quanta desperatione ad quam eximia praemia vocati sitis. Erasm.

ἐν κυρίῳ, ob Domini negotium. Beza. Alii ad verbum παρακαλῶ referunt: *obtestor vos per Dominum*.

περιπατῆσαι, v. dicta ad c. II. 2.

τῆς κλήσεως, *tanto beneficio*. Grot. *Ista conditione*, Castellio. Vide frugiferam Tittmanni Commentat. I. de vocabulis Oeconomia salutis.

ἧς Graece pro ἡ, quo estis beneficio affecti, seu qua conditione donati estis.

v. 2. πάσης ταπεινοφροσύνης,

cum vera modestia, quae neminem spernit, sed aliorum virtutes, et propria vitia animadvertit.

πραΐτης, de lenitate, quae non mouetur ob res leues. Grot.

μακρο-

μακροθυμίας, de virtute in gravioribus iram cohibente. Grot. Alii de spe prauitatis hominum immutandae. Illud, an hoc eligas, perinde est. Nam qui sperat, alios tandem ad sanam mentem redituros, iram quoque coëret.

ἀνεχόμενοι. Participium Graece in nominativo cum infinito modo jungitur. Sententia: *ferte ignorantiam, errores et vitia aliorum*. Virtus haud dubie Paullina, de cuius finibus autem diu multumque disputatum est, et cum maxime digladiantur, ut medium vitiorum, utrinque reductum, semper fere negligi constat.

v. 3. *τοῦ πνεύματος*,

animorum concordiam, siue unitatem spirituales. Erasm. Zachar. Lange l. d. p. 639. Neque enim tum deerant Judaeorum et Gentilium ad Christi societatem accedentium controversiae. Alii personam Spiritus Sancti, alii dona miraculorum hic quaerunt, brevioris et apertioris viam relinquentes.

ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης. Genitivus vim explicandi habet. Vinculum enim concordiae est ipsa concordia, qua τὴν ἐνότητα promoveri debebant. Ubi enim animi litibus distrahuntur, ibi dissidiis omnia miscentur: ubi autem pacis studium dissentientes tenet, ibi dissensus paullatim sopitur.

v. 4.

v. 4. ἐν σώμα.

Nam unum corpus estis. In unam societatem, quae discordia dirimitur, vos contulistis. C. II. 15. 16. 1. Cor. XII. 13. 14.

ἐν πνεῦμα. *Supple: ecclesiam gubernans.* Grot. De una eademque animi indole, Zach. Act. IV. 32.

ἐν μιᾷ pro εἰς μίαν, Grot. Sine conditionis prioris respectu. Zachar.

ἐλπίδι, pro re ipsa, i. e. vita aeterna. Grot. Perperam, si quid video, quia adjicitur.

τῆς κλήσεως ὑμῶν. Equidem verito: ad unam eandemque spem, in religione Christiana propositam. Cf. c. I. 18.

v. 5. εἰς Κύριος.

Nec convenit, cives unius ejusdemque principis discordare. Dominus autem ecclesiae Christus est. Ceterum Epiphanius asserit, hunc et sequentem versum in epistola ad Laodicenos extitisse. Istam vero epistolam non aliam fuisse, quam hanc ipsam ad Ephesios, Millius docet.

πίσις. Quod unam eandemque fidem, tum quae, tum qua credatur, Calovius intelligit, non cogitavit, primo naturae humanae fragilitati vix convenire, deinde a morte Apostolorum Christianos in partes descendisse, nullo tempore conciliandas. Vox ergo non est premenda, aut systemate obscuranda: sed significat religionem, quam variae partes

partes

partes profiteantur, nisi forte intelligenda doctrina Apostolorum ipsa, sicut Rom. I. 5.

βάπτισμα. Omnes pari modo in ecclesiam recepti, atque gratia affecti estis.

v. 6. εἰς Θεός.

Hiedurch fällt der Vorzug der Juden weg. J. D. Michaelis. Sollerter id monitum. Nam Judaei opinabantur, se solos Deo curae esse.

πάντων, Judaeorum et Gentilium, ad Christum perductorum.

ὁ ἐπὶ πάντων. Hieronymus locum de trinitate explicavit. J. D. Michaelis cultores angelorum censet refutari. Beza, *genus*, inquit, *ambiguum est in ἐπὶ πάντων et διὰ πάντων.* Tertium ἐν πάντων omnino masculini generis est. Non est autem institutus sermo de universali gubernatione, sed de mutua fidelium in uno patre conjunctione. — Quamvis igitur priora generaliter de omnibus rebus creatis accipi possint, ad scopum Apostoli sunt restringenda. — Imperium Dei, providentiam et conjunctionem cum Deo nostram non videtur agnoscere, quisquis fraternam concordiam violat. — Haeretici ex istis syllabarum aucupiis, teste Basilio, trium hypostaseon imparitatem statuebant. Nos non dubitamus Grotio accedere: qui imperium in nos omnes habet, per omnes diffundit providam suam gubernationem, et intra vos agit. Ad Bezae enim argumentum accedit, quod, sicut Deus pater omnium
E dicitur

dicitur, ita etiam ὁ ἐπὶ πάντων ex usu loquendi Paullino dicitur. Et quamquam systemata quaedam ἐπὶ πάντων ad rerum universitatem referunt, illa tamen interpretandi legibus nil derogant.

διὰ πάντων, omnibus, tanquam instrumentis, utitur. Lynarius.

ἐν πᾶσιν. Possis reddere: *cum omnibus.*

ὁμῶν. Codd. nonnulli ἡμῶν. Utrumque probabiliter omittendum censet Griesbach. Quare cadit pars argumentationis, quam Beza supra, hoc nixus pronomine, fecit.

v. 7.

Apposita occupatio. Multi enim eminere se putabant ob majora dona. Hac mente Paullus negat, uni omnia dona concessa esse, ut alter alteri fervire non desistat, nec invideat.

ἡ χάρις dotes, munera.

κατὰ τὸ μέτρον τ. δ. τ. χ. *ad justam magnitudinem doni, quod Christus confert.* Prout placuit Christo, muneris auctori. Absit igitur dissensio, e donorum diversitate orta.

v. 8. λέγει,

scilicet ἡ γραφή. Ps. LXVIII. 19. *Nimirum hoc erat, quod praedixit Psalmographus.* Erasm. Praeterea sciant tirones, in Psalmo laudato interpretando vehementer dissentire viros doctos. Versum 19. de Christo explicat
J. D.

J. D. Michaelis in Paraphr. Zachariae autem haec habet l. l. Was dort David von Gott bey der Besitznehmung seiner königlichen Wohnung auf dem Berge Zion saget, läffet sich auch von Christo bey der Besitznehmung seines königlichen Sitzes auf dem göttlichen Throne sagen. Tales interpretum discordiae non magis nocent religioni, quam philologiae profanae variae virorum doctorum opiniones. Si quis legit Horatii Virgiliique interpretes, quot reperit sententias, sententiarumque portenta! Nec tamen philologiae minuitur aut jucunditas, aut utilitas. Sic etiam subitas fundatissimae religionis ruinas non metuunt, qui carminum Davidicorum auctoritatem et utilitatem ista sentiendi varietate minime mutari, aut extenuari sciunt, et omnes sciunt, qui religionem a dictatis magistri distinguere didicerunt. Illa est divina, haec humana tantum sunt.

ἀναβάς. Sic etiam aliqui apud LXX. legunt. Sed plerumque ea lectio sequior, quae cum N. Testamento congruit. Bengel in Appar.

ὕψος, coelum h. l. Apud Davidem quidam vertunt: in Zionem.

ἤχμαλώτευσεν. Nonnulli codd. *ἤχμαλώτευσας,* omissa particula *καὶ,* habent: quod magis convenit LXX. Interpr. Vid. Mill. et Wetsten. qui *αἰχμαλώτευσας* scribit.

αἰχμαλωσίαν. Patres e limbo translatos, hic quaesiverunt Pontificii. E peccati diabolique tyrannide liberatos, reddit Latine Erasm. De diabolo, morte, peccato Beza. Captivorum multitudinem. i. e. idololatrias per doctrinam Apostolorum vicit, Grotius. Gefangene begleiten den triumphirenden Sieger, Zachariae. In tanta opinatorum multitudine num mirum est, Tellerum l. d. dicere: Da Paulus nur von dem, du bist aufgefahren in die Höhe, und, du hast Gaben gegeben, die Anwendung auf Jesum macht: so muss man die Worte, du hast Gefangene gemacht, auch nicht eigenmächtig dazuziehen. Genug er wollte den ganzen Vers anführen.

ἔδωκε. Apud LXX. Interpr. ἔλαβες, ubi sermo ad Deum dirigitur. ἤρῃ notat tradere, quia traduntur, quae accipiuntur. Grotius. Hebraica Psalmi vocabula J. D. Michaelis vertit: Einige unter den Menschen sind dir von deinem Vater übergeben worden, dass du sie zu Aposteln, Propheten, — verordnen kannst. Addit idem in notis ad Paraphrasin: weil Paulus wissen mochte, dass das Hebräische von dem Griechischen abwich: so änderte er v. 11. die Redensart unvermerkt. Sed in notis, versione Psalmorum subjectis, aliam viam ingressus, ait: dieser Vers (du bist in die Höhe gefahren, du hast Gefangene erbeutet, du hast Geschenke bekommen, die in Menschen bestehen, auch Wider-

der-

derspänstige, unter denen Gott, Jehova, wohnen wird) wird von Paulo angeführt und erklärt. — Es scheint, alle Schwierigkeit entstehet daher, weil man zum voraus setzt, Paulus wolle ihn von Christi Geburt, oder Höllenfahrt, und von seiner sichtbaren Himmelfahrt erklären. — Er hatte am Ende des vorigen Verses Christum genannt, allein er hatte auch von Gott dem Vater geredet v. 6. c. II. 20. 22. III. 16. 18. — *Vielleicht will Paulus nichts anders, als dieses sagen: wir haben alle einen Gott und Vater, der in uns wohnt. Allein dieses Geschenk ist dem einen auf diese, dem andern auf jene Art gegeben, so wie Christus die Gaben ausgetheilet hat. Die Schrift saget von Gott: er ist in die Höhe gefahren, hat Gefangene erbeutet, und den Menschen Gaben gegeben. (in Versione dixerat: homines accepit.) Der Ausdruck: er ist in die Höhe gefahren, zeigt eine Gottheit an, — die vorhin einen niedrigeren Tempel bewohnt. (Paullus ait: τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς.) Er sollte das irdische und himmlische Heiligthum mit seiner Gegenwart erfüllen. Dieser Gott hat Geschenke ausgetheilet, und den einen zum Apostel — *Quidquid id est, satis erit, si declaraverit, quomodo Paullus, de patre locutus, dixerit: dedit dona hominibus, pro accepit homines donatos, et in terram inferiorem pro in templum. Verba Davidis mutata Zachariae sunt argumento, h. l. accommo-**

dationem i. e. alium sensum Davidis, atque Paulli esse. Sed Erasmus, *in Psalmo*, inquit, *promittitur futurum, quod nondum erat factum. Paulus describit, quod erat factum; hinc mutatio ista.* In universum cavendum est, ne iudicium de re longe difficillima praecipitemus: aut putemus, loco Es. LIII. 12. rem posse expediri.

δοματα. Dotes ad obeunda munera necessarias. Alii munera ipsa intelligunt. Zachariae addit: Könige, die man ehren wollte, bekamen Geschenke, und bey dem Antritt ihrer Regierung theilten sie selbige unter ihre Freunde und Diener aus.

τοῖς ἀνθρώποις. Apud Davidem בארם. Fuerunt, qui conjicerent, Paullum sua aetate reperisse לארם. Alii, LXX. Interpr. sic legisse, censent. Ut igitur pateat, conjecturam levissimum esse interpretationis genus, reliqua hujus commatis interpretamenta subscribam. בארם reddunt alii: *pro hominibus*, Alii tolerabilius: *accepta dona distribuenda accepisti inter hominos.* Suum cuique placeat, modo alios suam ipsorum sententiam sequi patiatur!

v. 9 τὸ δὲ ἀνέβη τί ἐστίν.

Illud autem, quod dictum est, adscendit, quid est? Erasm. Explicat Paullus locum Davidis. ἐστίν enim ponitur pro *significat.*

κατέβη. Etiam Deus, de quo sensu primum obvio agit Psalmus, descenderat in montem Sinai:

Sinai: Christus in eam partem, in qua homines solent vivere. Grotius. Accommodationem ergo agnoscit: quae cur tantopere formidetur, nescio, cum, Matth. II. 15. similem accommodationem admittere, necesse sit. Forte, ne hac re bonos viros offenderet, J. D. Michaelis novam plane rationem iniit, vertens: in templum se demisit. Vid. ad v. 8.

εἰς τὰ κατώτερα τῆς γῆς. Ad inferos Theophylactus, Calovius et multa systemata. Contra J. D. Michaelis existimat: es würde gewiss eine ganz außerordentliche Logic dazu gehören, aus dem ἀπέβη den Schluß zu machen, daß die angeredete Person vorher entweder an den Ort der Verdammten, oder auch nur in das Grab herabgestiegen sey. Potest vero comparari Jo. III. 13. In uterum Mariae vertunt Piscator, Beza, Strigelius, Teller. coll. Ps. CXXXIX. 15. Sed Grotius, posset aliquis, inquit, credere, agi hic de utero materno. Mihi credibilius, agi de divina Christi potentia in terris exercita. In terram igitur vertunt Clarius, Schoetgenius, Bauer l. l. Nec dubitabis, hanc versionem usui loquendi respondere, si legeris Fischeri Prolusionem II. de vitiis Lexicorum. Verum arctius terram pro sepulcro dici volunt Zeltner, Pearsonus et Zachariae, qui scribit: תחתות ארץ sind nicht die bewohnte Erde. Die scheinbarste Stelle Es. XLV. 23. beweiset dies nicht. Der Schluß aus den Worten des Psalms, die gänzlich

lich Pauli eigene Worte geworden sind, beweiset nichts; da so wenig aus dem Auffahren gen Himmel nothwendig ein Herabfahren auf die Erde, als ins Grab, oder in die Hölle folget. Quaeris: quomodo sepulcrum sit infima pars terrae? Dudum respondit Cameron: ita, quemadmodum Tyrus, terrae proxima, sit in corde maris. Ezech. XXVII, 25. Denique Calvinus, difficultatem dissimulans, locum nostrum *de incarnatione* interpretatus est. Unde vero incarnatio? In terrane, an utero ista facta dicitur? Nos hic imitamur Wolfium, qui, ut quid dixisse videatur, addit: *argumenta excutere, nunc non vacat. Ad Theologorum scholas haec opera pertinet.* Illud non omittimus, vocabula μέρη et πρώτον dubiae fidei videri Millio, Wetstenio et Griesbachio, malaque aui a Wolfio defendi. Nihil est enim, quod πρώτον illud necessario servandum demonstrat. Ac μέρη eleganter subintelliguntur: Genitivus autem τῆς γῆς vi gaudet explicandi: in terram, quae sunt partes inferiores.

v. 10. αὐτός ἐστίν,

de Christo plerique. J. D. Michaelis nunc de Deo. V. ad v. 8.

πάντων τῶν οὐρανῶν. Coelum triplex habebatur, aërium, stelliferum et divinum. Sed audiamus Calovium: *Adscensus supra omnes coelos notat eminentiam majestatis, non loci. Neque patefiet et descendet Christus de coelo,*

coelo, locali quodam descensu e superioribus mundi partibus, sed e coelesti sua majestate prodibit: Scriptura manifestationem praesentiae vocat, 2. Thess. I. 8.

πληρώση, impletet donis Grot. *Omni praesentia* Calovius et J. D. Michaelis. Si *iva* de causa intelligas, posterius falsum est: quod omnipraesentia ex adscensu non potest tamquam *effectus* deduci. Sin reddas: *unde fit*, ut omnia, inferiora et superiora, impleat: idem, qui descendit et adscendit, utrobique adesse recte dicitur. Ut demitteret Spiritum S. Hammond.

τὰ πάντα. *Omnes fideles*, Grot. usui loquendi convenienter. De ecclesia Paullum loqui, constat e tota argumenti serie, et testimonii applicatione — *Omnia autem de industria* dicit, ut *Judaeorum et Gentilium discrimen sublatum ostenderet*. Beza. Recte, nisi omnia me fallunt. Vid. v. 6. Lynarius autem sic: damit er alles, was zur Seligkeit seiner Reichsgenossen erforderlich war, vollkommen bewerkstelligte.

v. 11. καὶ αὐτός,

idemque.

ἔδωκε, constituit.

ἀποστόλους, i. e. a Deo et Christo immediate vocatos, 2) immediate institutos, 3) donis miraculosis instructos, 4) ad orbem

E 5

terra-

terrarum missos, 5) a Spiritu Sancto inspiratos.

προφήτας, v. dicta ad c. II. 20.

εὐαγγελιστὰς, i. e. a Deo, aut ab apostolis vocatos, 2) mediate, aut immediate institutos, 3) ad coetus singulos missos, 4) a Sp. S. partim inspiratos, partim donis tantum quibusdam exsplendescentes.

ποιμένας. Sicut ecclesia comparatur cum grege, et Christiani cum ovibus: ita doctores cum pastoribus. In oriente illa comparatio fuit honorifica. Sed nostris in regionibus minus honorifica, et minus jucunda.

διδασκάλους. Hi quia conjunguntur, non discernuntur a pastoribus, eodem munere functi videntur. Ridiculum est, Calovium de Scholarum rectoribus accepisse. Grotius episcopos gradus eminentioris intelligit. Sed vix discriminis aliquid probabitur.

v. 12. πρὸς τὸν καταρτισμὸν τ. α. εἰς ε. δ.

Ut sancti instituantur, ad negotium ministerii recte aliquando peragendum Sancti autem non sunt omnes Christiani, sed per synecd. certus numerus. Mortuis enim apostolis, prophetis et evangelistis, opus erat doctoribus novis, quibus praeter naturam et ordinaria Sp. Sti dona opem ferre Deus desineret. Etiam Grotius τὸν καταρτισμὸν reddit perfectiorem cognitionem. Καταρτίζειν Luc. VI. 40. est plene docere. εἰς ἔργον

ἔργον διακονίας est eis διακονίαν ad munus docendi. Nam a τῷ καταρτισμῷ proficiscitur, ἢ διακονία, et ab hac ἢ οἰκοδομή.

εἰς οἰκοδομήν, ad progressum in pietate ac cognitione. Alii de incremento ecclesiae. Nec negari potest, aedificari de ecclesia ubi ponitur, esse augeri, crescere. Sed hic v. sequens facit, ut praeferamus vim emendationis et perfectionis. Rom. XIV. 19.

τοῦ σώματος, ecclesiae. Vid. c. I. 23.

τοῦ Χριστοῦ. Hebraice pronomem possessivum exprimit. Christus constituit — in usum ecclesiae suae.

v. 13.

Donec eo perveniamus, ut eadem sit omnium fides, et aequae cognitio filii dei, h. e. ut pertingamus ad perfectam ac virilem aetatem, videlicet ad eam mensuram aetatis, quae nos plene adultos reddat — in Christo. Erasm. Sed singula verba sunt perpendenda.

μέχρι, donec plerique. Ex Hebraismo significationem ut dicit Bauer l. 1. coll. Es. XXII. 14. XLII. 4.

καταντήσωμεν. Per communicationem Paulus Christianos intelligit, non apostolos. Fallitur Bengelius, hinc colligens: ne apostolos quidem metam affecutos esse.

οἱ πάντες, Judaei et Gentiles, Christo fidentes. Omnes non arithmetice ponuntur, Mul-

Multitudo Christianorum, non satis edoctorum, opponitur doctoribus, a Deo immediate constitutis. Vanum ergo est, locum de nostris temporibus capere, id quod probe tenendum est interpreti, ne cum aliis multis hallucinetur. Vide 1. Cor. VIII. 1. 7. continuo intelliges, *οιμνες* non esse arithmetice dictos de nostris temporibus.

εις pro *έν*, habet Grotius, nec in eo errat, quamquam licet, etiam cum Erasmo *εις* retinere, et in sequentibus videlicet supplere.

την ένότητα της πίστεως. Hic concordiam, ut ita loquar, Systematis Christiani repererunt Germani, donec Lockius doceret sermonem Paulo esse de dissentientibus Judaeis et Gentilibus, quos in concordiam redactos videamus. Omnes enim Christum, non Mosem, Evangelium, non ceremonias Judaicas, suae salutis causam, profitentur. Ceterum opinandi varietas semper obtinuit, et, quamdiu ingenium humanum, per se diversum, ad errores proclive erit, in omnia secula obtinebit. Quod ut concedant, qui adversae sunt partis, rogo, versum 14. considerent, e quo patet, aut Paulum de suis tantum temporibus loqui, aut infantes et imperitos dici ipsos adversarios.

εις άνδρα τέλειον. Vir ponitur pro aetate virili, seu statura. Habitus autem corporis adulti transfertur ad animum ejusque facultates.

tates. Erant tunc temporis novi Christiani, quasi pueri, sed Apostolorum, Evangelistarum et reliquorum opera fiebat, ut quasi adolescerent. Qua via nonnulli interpretes vitam aeternam hic repererint, prorsus nescirem, nisi Systema succurreret, quod beatos vocat *perfectos*.

εις μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρ. τ. χρ. Ad eum staturae modum, qui est plenus Christi i. e. cognitionis de Christo. Grotius. τοῦ πληρώματος habuit pro πληρωθείσης. Zachariae τὸ πλήρωμα habet pro complexu donorum, a Christo ecclesiae destinatorum: τῷ χρυσοῦ huic est genitivus causae. Sicut alii etiam reddiderunt: staturae, quam dat Christus. Nobis cum significatus ille τοῦ πληρώματος dubius videatur, aut Grotius praefereendus, aut J. D. Michaelis, qui τὸ πλήρωμα de ecclesia interpretatur. Quare vertimus vel *plenaestaturae*, vel *staturae, quae deceat ecclesiam Christi*. Cf. c. l. 23. Grotii ratio ea ipsa est, quae placuit Luthero. Staturam autem h. l. de cognitione, digna viris, accipiendam esse, cum antecedentia, tum consequentia quin efficiant, non dubitamus. Sed ubique in scripturis clarum est et perspicuum, veri nominis cognitionem ducem quandam esse voluntatis. Unde hic quoque cognitio plenior falsae doctrinae adversatur v. 14. et amorem excitat v. 15.

v. 14. *νήπιοι,*
imperiti i. Cor. III. 1.

κλυ-

κλοδωνιζόμενοι. Doctrinis philosophorum et Judaeorum huc illuc *jaçtati fuerant* Ephesii tamquam procellis. Hoc enim κλύδων Prov. XXIII. 34. Jon. I. 4. II. 12. Haec Grotius. Ad participium quod attinet, malim vertere: *huc illuc jaçtemur*: Praesens enim status describitur. Henr. Stephanus recte vertit: *qui fluctuemus et agitemur*.

παντι, quovis.

ἀνέμω, vento pro incertitudine, falsitate.

ἐν τῇ κυβείᾳ, *per versutiam*. Metaphora ab alea petita, ubi quis talorum jaçtum fingit, ut semper appareat, quod ipsi placet.

ἐν πανουργίᾳ. Synonymia exegetica.

πρὸς. Putant quidam modum describere. Interdum enim ponitur pro ἐν sive κατὰ. Sed aptius est de fine accipere. Per astum *ad imposturas fallaces* compositum.

μεθοδείαν, in quibusdam est pluralis μεθοδείας.

τῆς πλάνης, substantivum pro adjectivo.

v. 15. ἀληθεύοντες ἐν ἀγ.

sincere diligentes, sicut veritas est, sinceritas Matth. XXII. Grot. post Lutherum. Sed Calovius ad *veram doctrinam* refert, quam in verbo αὐξήσωμεν melius animadvertisset.

δέ sed. Opponitur antecedenti μηκέτι.

αὐξήσωμεν, *adoleſcamus, metaphorice pro in cognitione veri et caritatis officiis proficiamus.*

εἰς

εἰς αὐτὸν pro ἐν αὐτῷ. Grot. Equidem putaverim ἐν αὐτῷ esse ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ, an ihm. Sic enim elucet, cur itatim de capite mentio fiat.

τὰ πάντα, supple κατὰ, per omnia i. e. in omnibus. Grot.

ἡ κεφαλὴ, scil. τοῦ σώματος, ecclesiae.

ὁ Χριστός. Subest Hypallage. Ἔς Χριστὸν, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ.

v. 16.

Sententia: quo juvante Christiani, quicunque tandem fuerint ante religionem acceptam sicut membra corporis juncturis sibi subveniunt, ita conjuncti arctius sibi usui sunt pro suarum quisque virium modo, ut mutuis amoris officiis salus novae societatis promoveatur.

ἐξ οὗ. Videtur praepositio spiritum vitalem respicere, diffusum e capite in totum corpus. Sed proprie sonat *per*, et per Christum est, *ejus auxilio*.

πάν, ex usu loquendi Paullino intelligimus de sublato discrimine Judaeorum et gentilium.

τὸ σῶμα ecclesia, Christiani. 1 Cor. XII. 12.

συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον.

Utrumque conjunctionem membrorum significat. Sed membra proprie dicta sunt corporis, improprie vero ecclesiae. Atque
hanc

hanc duplicem vim habent vocabula, quoniam Paullus particulas comparandi, ut solet interdum, omisit.

πάσης ἀφῆς, variis juncturis. Etiam hoc proprie commissuras artuum describit: per eandem vero breviloquentiam simul improprie, Christianorum conjunctionem pingit.

τῆς ἐπιχορηγίας. Violentis hanc vocem tendiculis vexant interpretes. Mihi placet permutatio substantivi in participium. Alii, quid dicant, ipsi forsan ignorant. Etiam Bauerus, Grammatici laudem merito suo adeptus, si quid video, alia egit, cum explicaret, quasi esset pro *διὰ τῆς ἐπιχορηγίας ἀφῆς* dictum per Hypallagen: *suppeditando nexu et auxilio*. Nam quomodo corpus nexum suppeditat?

κατ' ἐνέργειαν, pro virili. Sed ambo vocabula suspecta videntur Griesbachio. Neque sane, si deessent, ab interprete desiderarentur.

ἐν μέτρῳ, pro modo, quo indiget Grot. Alii melius pro modo facultatis. Mensura enim est vis a Christo donata v. 7. 13. ἐν vero adhibetur pro *κατὰ*.

μέρους et *μέλους*, lectiones prorsus aequales. Griesbach. Membra vero corporis transferuntur ad describendam Christianorum societatem.

τὴν αὐξήσιν ποιεῖται pro *αὐξάνη*. Ita *δεήσεις ποιεῖσθαι* pro *δεηθῆναι*, et *σπουδὴν ποιεῖσθαι* pro

pro *σπουδάζειν* occurrit. Quatenus ergo ad corpus humanum pertinet, est: *validum ac vegetum redditur*: quatenus ad corpus ecclesiasticum, est: *proficit, perficitur*.

τοῦ σώματος pro *ἑαυτοῦ* hebraice. Sic multo melius Grotius, quam Beza, emphasin quandam venatus: *ut par est corpus crescere. Neque enim redundat repetitum nomen. At substantivum repeti loco pronominis, clarum est alibi, ut Rom. IV. 12.*

εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ, pro *εἰς τὸ οἰκοδομεῖν αὐτοῦς*. Bauer. *Ut magis magisque instruatur. Grot. Ut se emendet ac conseruet. Zachar.*

ἐν ἀγάπῃ, per amorem. Nos retulimus ad *τὴν οἰκοδομὴν*. Zachariae refert ad verbum *ποιεῖται*. Sententia est eadem. Nam aedificatio et incrementum Paulo sunt synonyma.

v. 17. οὖν.

Redit ad id, quod coeperat dicere capitis huius initio. Grot. Forte melior connexio proxima: quia ergo membra estis novae societatis, nolite vivere pristino more — sed exuite veteres mores.

λέγω, praecipio.

μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, per Christum vos obtestor. Grot. Christus dominus dicitur, ut v. 5.

περιπατεῖν, c. II. 2.

F

λοιπὰ.

λοιπὰ. Haec vox addita videtur Millio et Wetstenio: quo fit, ut Wolfius putet, καὶ, si λοιπὰ omittatur, simul expungendum esse. Sed, quemadmodum saepe angustam et tenuem venam prodidit in criticis, ita hic etiam. Solitus est Apostolus hanc particulam adverbio καθώς subjicere.

ἐν pro κατὰ.

ματαιότητι. Haec vox non solam significat vanitatem opinionum, nec solam perversitatem vitae: sed perversitatem cum idololatria conjunctam. Nam הבל sic occurrit Deut. XXII. 21. Usus Paullinum vide Rom. I. 21.

v. 18. ἐσκοτισμένοι.

Genus grammaticum non convenit substantivo, sed sensui. Metaphorae hic emphasin inesse, affectus scriptoris persuadet. Crassio rem igitur veri rectique ignorantiam gentibus exprobrat. Systema hunc locum de corruptione naturali profert: nec male, si loquitur de corruptione gentium; de residua corruptione naturali in Christianis equidem laudari nollem.

ὄντες. Pleonasmus Graecus.

τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, remoti a vita, qui est Deus Erasm. A vita, quae secundum Deum est, Grot. Sacrificia Dei dicuntur, quae ipsi placent. Sic vita Dei, quae placet Deo. J. D. Michael. Optime!

dicè

διὰ τὴν ἄγνοιαν, *Epexegetica propositio. Grot.*

τὴν πάρωσιν τῆς καρδίας, *animi torporem, Castellio. Proprie de callo. Transfertur ad mentem, quae humanitatem sensumque exuit.*

v. 19. ἀπηλκηκότες.

Etiam cum turpissima faciunt, nullo ob id dolore afficiuntur. Grot. Sensum doloris, pudoris, metus, spei amittentes, Kypke. Ἀπηλκικότες Vulgatus legisse videtur, et sic quoque in multis codicibus apud Millium, improbantem tamen.

ἐαυτοὺς παρέδωκαν. *Praecipites abierunt.*

τῇ ἀσελγείᾳ, *protervia in dictis et factis. Beza.*

εἰς ἐργασίαν, *ut patrarent. Sic ἐργάζεσθαι est committere.*

ἀκαθαρσίας. *De impudicitia sensu arctiore Grot. Turpitude illa, quam Suetonius impudicitiam dicit.*

πάσης summae, *turpissimae.*

ἐν πλεονεξίᾳ. *De insatiabili peccandi cupiditate Theodoret. Hieronym. Calvin. J. D. Michael. Zachar. Samt dem Geitz Luther. De pretio vulgati corporis, עבב Jud. V. 19. Grotius. Ad obscenitatem avarae (avide) perpetranda. Castellio.*

v. 20. οὐχ οὕτως.

Quid, si post ἔυτως distinctionem adscribas? וְכִי לֹא כִּי וְכִי לֹא כִּי vos autem non ita scil. facere convenit.

venit. Multum ab iis diffidet evangelium, quod audiistis. Beza. Alii οὕτως putant opponi vitiis. Ita vos didicistis Christum, ut ea scelera turpissima esse intelligatis: quod paullo durius est. Alii parenthesi difficultatem removendam putant. Sed, ut fit, differunt in finibus ejus constituendis, initium facientes partim a v. 19. partim a v. 20. finem vero designantes ad extrema vocabula v. 21.

τὸν Χριστὸν, doctrinam Christi. Grot.

v. 21. εἶγε,

si modo evangelium bene comprehendistis. Grot. Siquidem spero, vos audiisse. Zachar. Spem in verbis Pauli latere, non sentio. Causam dissensus interpretum repete c. l. 15.

ἐν αὐτῷ. De illo. Rom. XI. 2. Phil. I. 30.

καθὼς ἐστίν, prout a Jesu ipso praedicatum est. Grot.

ἐν τῷ Ἰησοῦ De doctrina Christi sermo est. Calov. Rectius, quam Vatablus: per Jesum scil. juro. Beza repetitum nomen Jesu pro relativo censet.

v. 22. κατὰ τὴν προτ. α̅.

pone post ἄνθρωπον. Grot. Credibilis est, ponendum ante ἀποδέσθαι. Quod ad priorem vitam attinet, deponite. Graece enim κατὰ interdum sequitur verba, ubi haec sequi debebant.

ἀποδέσθαι ad ἐδιδάχθητε refert J. D. Michaelis. Alii ad μαρτύρομαι v. 11. Raphelius

lius

lius ὡσε supplet, quod graeco sermoni convenit; non Paulo, qui εἰς τὸ ex Hebraismo dicit. Ceterum imperandi modus in quibusdam codd. legitur. Sed est etiam, cur infinitivum pro imperativo habeant, qui Rom. XII. 15. compararunt. Similitudinem a baptismo petitam existimat Grotius, in quo vestes deponendi et resumendi mos fuisset.

τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, compararunt nonnulli cum *externo homine*, qui alibi dicitur: quam recte, ipsi viderint. Calovius *peccatum originale* intelligit, quasi hoc tantum, non actuale simul, deponi jusserit Paullus. Proinde verius ponit Tittmannus l. l. veterem hominem in *ignorantia, incredulitate, erroribus, pravis sensibus, cupiditatibus, habitibus*, uno verbo in *vitiis*.

τὸν φθειρόμενον, qui tendit ad exitium. Grot.
κατὰ τὰς ἐπιθ. τ. ἀπ. per cupiditates fallaces.

v. 23. ἀνανεῶσθαι τῷ πνεύματι,

mutari toto animo, omnibusque ejus viribus et facultatibus. Tittmann.

τοῦ νοῦς. *Spiritus mentis est ipsa mens. Sic Ebraei dicunt terram pulveris.* Grot. Ex ipsa mente animi pro ex animo Latini quoque dicunt. J.D. Michaelis forte justo angustiis reddit: An eurer Vernunft. Rom. VII. im Gegensatze der sinnlichen Triebe.

v. 24. τὸν καινὸν ἀνθρώπου.

Rectam rerum divinarum cognitionem, veram in Christum fidem, amorem rerum spiritualium et detestationem rerum carnalium, bonos sensus, habitus, uno verbo *novam sentiendi vivendique rationem*. Tittmann. Est enim metonymia, qua subjectum ponitur pro adjuncto.

τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα, *secundum Dei voluntatem*, Grot. *Ad exemplum Dei*, Calov. Neuter sane reprehendendus. Sed, quoniam Calovius κτισθέντα vertit: in Adamo creatum, suamque versionem loco simili Col. III. 10. confirmare ausus est: tacere non possumus, τὸν κτισθέντα verti posse, qui creatur, et qui creatus est, et τοῦ κτίσαντος, Col. III. qui creavit, et qui creat. Jam videndum, quid κτίζειν Paulo sit? Verbum enim hoc respondet Hebraico ברא, quod apud Moysen de prima, apud Davidem autem de prima et *secunda* creatione dicitur.

ἐν δικαιοσύνῃ, *innocentia*, צדק Grotius. Justitiam de officiis erga homines, sanctitatem de pietate in Deum Lamb. Bos cum plurimis. Beza vero ἐν pro εἰς positum affirmat, procul dubio ad Col. III. 10. respiciens. Alii denique de obsequio, divinae voluntati praestito, nec sensuum et phantasiae illecebris impedito, quemadmodum in Paradiso ultimi parentes Deo paruerint.

τῆς ἀληθείας. Substantivum pro adjectivo.
Luther,

v. 25. δις.

Quia Dei referre decet imaginem. Bengelio haec particula est argumento, ἐνδύσασθε v. 24. et ἀνανεοῦσθε v. 23. lectiones esse repudiandas.

τὸ ψεῦδος. Quodvis mendacium Calovius intelligit, meritoque Grotium vituperat, qui sermonem modo rejici scripserat, aptum ad gratiam vel Judaeorum, vel Gentilium captandam. J. D. Michaelis falsiloquia quoque a Paulo damnari censet. Sed de falsiloquiis disputatio in morum doctrina saepe in verbi controversiam vertit.

ὅτι. Nemo alteri nocere potest, nisi simul sibi ipse noceat. Erasm.

μέλη scil. societatis civilis. Grot. *Ecclesiasticae societatis*. Calov. *Sequentia officia de ira, furto, liberalitate* cet. ad civilem non minus, quam sacram pertinent societatem.

v. 26. ὀργίσεσθε.

Versione LXX. Interpretum in suam rem Paullus utitur. Ps. IV. 5. Davidis sententiam petes ab interpretibus V. Testamenti. Paulli mens est: si continget irasci, compescite iram, nec agite, quod subitus impetus suggerit. Hebraice enim imperandi modus pro futuro tempore saepius occurrit. Licet vero

F 4

etiam

etiam cum Grotio vertere: irascimini, at ne peccate.

ἐπιιδύετω. Locutio hebraica de eo, quod protrahendum non est. Deut. XXIV. 15. Grot. In gratiam haud gravate redite.

v. 27. *δίδοτε,*

relinquite.

τῷ διαβόλῳ, dem Lästerev. Luther. Iram nisi cohibueritis, vindictae cupidi videbimini, quamvis iusta illa fuerit. Quare, ne calumniatoribus ansam praebatis, operam date. Erasm. Habes aptam verborum enarrationem. Neque tamen inepta est Grotii ratio: *Fovendis animi motibus, diabolus ius in eos nanciscitur.*

v. 28. *ἐργαζόμενος.*

Participium vim habet explicandi.

τὸ ἀγαθόν. Utile cum ipsi, tum aliis.

ἵνα. Breviter: ut non tantum ipse habeat, unde vivat, sed etiam, quo egenos adjuvet. Grot.

v. 29.

Nec satis est, manus habere continentes, nisi et lingua sit innoxia. Erasm. Acute nexum declaravit: sed praecepta morum non semper morose sunt neſtenda.

ὡς μὴ, nullus.

σαπρὸς putris, foedus, spurcus. Sed Beza latine reddit: noxius sermo, quod sequatur
bonus.

bonus. J. D. Michaelis *convicium* habet in paraphrasi, quam vim etiam Kypkius tuetur.

ἀγαθὸς, gütige, freundliche Worte. J. D. Michael. Equidem praefero *utilem* sermonem propter praeposit. *πρὸς*.

οικοδομὴν τῆς χρείας. Multi patres et codices nonnulli habent *τῆς πίστεως.* Wetsten. Quam lectionem pro interpretamento habet Millius, in medio relinquunt Bengel et Griesbach. *Sermo aptus ad institutionem.* Grot. Wie die Umstände es mit sich bringen, Zachariae. *ἡ χρεία*, enim est interdum opportunitas. Lutherus de necessitate: *da es Noth thut.* Beza per Hypallagen: *emendationis usum.*

ἵνα δῶ. Per quem bene merearis de auditoribus. Grot.

χάρις, utilitatem Vatablus.

v. 30. *λυπεῖτε,*

Spiritum sanctum contristare per anthropathiam est ejus monita contemnere. Ambrosius. Er selbst wird *entehret*, wenn die geschmähet werden, auf denen er ruhet. Joh. D. Michael.

ἐν ᾧ per quem Grot. Quo Luther i. e. meo quidem judicio: *cujus donis.*

ἐσφραγίσθητε, signati estis, ut certi sitis de ventura die redemptionis i. e. resurrectionis. Grot. *Usque ad diem,* Calov. Die baptismi, Hieronym. Gleichsam als durch ein Siegel gezeichnet,

net, dass ihr zu dem Volke Gottes gehöret, welchem eine Zeit der Erhöhung von allen Trübsalen bevorstehet. Zachariae, Clericum secutus, qui metaphoram desumptam existimat ex mancipiis, quae emta signabantur, ne cum ceteris aliquamdiu prostantia parum agnoscerentur. Potior videtur metonymia, ad homines relata, quam ista metaphora, ad Deum omniscium minus accommodata: *obsignati servamini*. Vid. ad c. I. 13.

v. 31. πικρία,

maledicentia Grot. Alii generatim: *irritatio ad iram*.

θυμὸς, ira vehementior.

κραυγὴ, clamor in calidis rixis.

βλασφημία. Alibi summi Numinis ignominiam, hic per contextum hominum sonat contumeliam.

κακία, nocendi libidine.

v. 32. Χρησοί,

comes.

εὐσπλαγχοί profanis, qui bona viscera habent, fortes. In N. Testamento per Hebraismum *humani et benigni*.

χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, condonantes aliis aliis.

ἐν Χριστῷ, propter Christum. In codd. nonnullis deest, probante Millio.

Cap.

C a p. V.

v. 1. οὖν.

Itaque tam commemorabili exemplo excitati.

μιμηταὶ, quod praecipue fit bene omnibus faciendo. Grot.

τέκνα, cum liberorum sit, patrem moribus referre. Grot.

ἀγαπητὰ, cum tanto amore affecti sitis. Zachar.

v. 2. περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ,

mutua vos caritate complectimini. Sed caritas omnia fere officia erga homines in N. T. complectitur.

καὶ παρέδωκεν ita, ut traderet. Hebraice.

προσφορὰν καὶ θυσίαν. Illud est מנחה oblatio triticea. Grot. Interdum est etiam oleum. Ergo sacrificiorum varia genera comparantur cum supplicio crucis, quod Christus sustinuit.

εἰς ὄσμὴν εὐωδίας. Suave Deo sacrificium intelligo, ut sit ἐν διαὶ θυῶν, in odorem bonae fragrantiae pro in bonum, seu suavem odorem. Hebraica vocabula habes Gen. VIII. 21. quae J. D. Michaelis ad Paraphr. hujus epistolae sic explicat: zu einem Geruch der Verfühnung d. i. der zur Verfühnung der Sünden gereichen sollte, weil er anzeigte, daß die

die

die Sünde bereits an dem Opferthiere abgestraft sey. Ich leite es nemlich von $\pi\eta$ her, und glaube, das es die Befänftigung des Zornes anzeige. Zachariae vero intelligit sacrificium Deo acceptum, et praeceptis divinis conveniens, vertitque: nach dem wohlgefälligen Willen Gottes. Tantum est fastidium interpretum optimorum, ut, quae huic placent, illi displiceant! Sed tanti quoque interest, usu paulatim discere, perpetua interpretum dissensione religionem neutiquam labefactari!

v. 3. πορνεία.

Recte hic adulteria comprehendas, ut Latini stupro. Grot.

ἀκαθαρσία, si quod est aliud turpitudinis genus.

πλεονεξία, vide v. 5.

ὄνομαζέσθω, nemo illis nominibus suspectus sit. Grot. Nam μηδὲ hoc loco est *ne quidem*.

v. 4. καὶ.

Alii habent ἦ, et quidem bis, nullo autem periculo vel hermeneutico, vel critico.

μαρολογία notat γελωτοποιούς Grot. Sed Elsner pro stultis et impudicis sermonibus habet. Utrumque eodem recidit.

ἐντραπελία, nunc est urbanitas moderata et honesta, nunc scurrilis et intempestiva.
Post

Posteriores vim hujus esse loci, nemo
nescit.

τὰ οὐκ ἀνήκοντα, scilicet sunt.

εὐχαριστία, sermonis praecipua sit materia
gratiarum actio. Grot. Gratus et jucundus
sermo sit. Calvinus. Cap. IV. 29. confert
J. D. Michaelis. Etiam Salmasius docuit,
leporem esse, qualis sanctos deceat. Cf. Prov.
XI. 16. Sub finem versus supple ἀνήκει.

v. 5. ἔσε γινώσκοντες.

Circumlocutio imperativi Graeca. Patres
multi apud Millium et Wetstenium legunt
ἔσε. Bengel γὰρ ἔσε allitterationem dicit ad
medium in εὐχαριστία. Griesbachius ἔσε prae-
fert. Beza vertit in indicativo: *nostris*: quod
facile ob seriem orationis admiserim.

πᾶς οὐκ, nullus.

ἀκάθαρτος, alio genere libidinis inqui-
natus.

πλεονέκτης, c. IV. 19.

εἰδωλολάτρης, non multum abest a cultu
simulacrorum. Erasm. Welcher eine Sünde
begehret, die mit zu den Arten des Götzen-
dienstes gehöret. J. D. Michaelis. Non
tantum de avaris, sed etiam de libidinosi-
dictum putat Zachariae. Beza vero de ava-
ris solis interpretatus, etsi omnes, inquit,
Deum prae eo negligent, cui sunt addicti:
tamen in eo non collocant spem vitae, ut
avarus.

avarus. Atque hujus sententiam meam facerem, nisi Wetstenius locis sat multis docuisset, omnia fere vitia, ut iracundiam et fastum, cum idololatria conferri.

κληρονομίαν, hereditatem, possessionem, partem. Vide c. l. 11.

ἐν τῇ βασιλείᾳ, non potest Christianorum numero accenseri. Quemadmodum Christus est rex ecclesiae, ita ecclesia dicitur ejus regnum. Millenarium suum regnum quidam hic tangi putarunt.

Θεῶν, regnum Dei et coelorum saepe numero ecclesia dicitur.

v. 6. μηδείς.

Nec philosophus, nec Judaeus. Illi varia laudabant vitia: hi judaizantibus omnibus, partem fore in seculo altero, docuerunt. Grot.

κενόις vanis, siue ex usu LXX. Interpr. mendacibus.

ἔρχεται, imminet.

ἡ ὀργή, poenae.

τῆς ἀπειθείας. Neminem fugit, filios incredulitatis hebraice esse incredulos, non morigeros, contumaces.

v. 7. οὐν,

ne igitur cum iis poenas detis.

συμμέτοχοι, illorum vitia fugite.

v. 8.

v. 8. σκότος,

ignorantes et flagitiosi. c. IV. 18.

ὡς, vitam meliorem et religionem docti:
ΦΩΤΙΣΘΕΝΤΕΣ.

ἐν κυρίῳ, *per Christum*. Grot. Posses
etiam suspicari ellipsin: *in Christo* i. e. Chri-
stiani postquam estis facti.

ὡς τέκνα φ. π. Filii lucis sunt illuminati,
et vivere idem est, quod ambulare. Verte
igitur: *sic vitam componite, ut decet divina
luce fruente.*

v. 9. ὁ καρπός,

fructus pro operibus hebraice. Grot.
Jo. XV. 16. Matth. III. 8.

τοῦ πνεύματος. Hanc lectionem e Gal.
V. 22. translata censet Grotius: τοῦ φωτός
placet Millio, Wetsten. Bengel. et Gries-
bachio.

ἐν πάσῃ perpetua, vera.

v. 10. δοκιμάζοντες,

spectantes.

v. 11. μὴ συγκοινωνεῖτε,

ne probate, multo minus sequimini.
Sic suadet disjunctum ἐλέγχετε.

τοῖς ἀκάροις, perniciosis.

τοῦ σκότους, *tenebrarum, in quibus commit-
tuntur, et in quas praecipitant, detrudendo ad
Satanam, tenebrarum auctorem*. Calov. Der
Hei-

Heiden, Zachariae. Continuatio metapho-
rae favet posteriori.

v. 12. ὑπ' αὐτῶν,

ab iis, qui sunt in tenebris. Bengel. Nec
habes, quo referas, nisi Zachariae v. ante-
cedente accedas. Constructio pendet a sensu.

v. 13.

τὰ προ ταῦτα.

πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται.
Legimus πάντα, ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς, φανε-
ροῦται, et vertimus cum Grotio et Calouio:
*omnia, ab homine, luce divina perfuso, casti-
gata, apparent turpia.* Alia, quae inveni,
vix digna sunt, quae proferam.

πάν γὰρ τὸ φ. φῶς ἐστίν. Ut ambiguitas pa-
teat, Lutheri, Grotii et Zachariae rationes
commemorabo. Hic reddit: alles, was man
für jedermann verrichten kann, gehöret nicht
zu den groben Werken der Finsterniß. Iste
πάν pro accusativo, et φανερούμενον pro no-
minativo participiū mediū habet. Ille vertit:
denn alles, was offenbar wird, das ist Licht.
Supereſt longe commodior via J. D. Michae-
lis: *denn alles das verdient den Namen des
Lichts, was uns die wahre Beschaffenheit ent-
deckt.* Sic φανερούμενον est medium, πάν est
nominativus, cui articulus Graece postpo-
nitur.

v. 14. διὸ,

darum werden auch die Sünder als
Schla-

Schlafende, und das Evangelium als ein Licht vorgestellet. J. D. Michael.

λέγει, scil. scriptura, cujus non verba, sed sensus laudatur. Es. LX. 1. XXVI. 19. Hoc malo, quam Heumanni canticum, ab ultimis Christianis adhiberi solitum. Neque enim Apostoli, velut concionatores, hymnis utuntur. Reliquas opiniones monstrat Wolfius. Enim vero tot sunt, tamque variae, ut afferre taedeat.

ἐγείραι, operam da virtuti. Rom XIII. 11.

ὁ καθεύδων, qui secure peccas.

ἐκ τῶν νεκρῶν, a sceleratis recede. c. II. 1.

καὶ, tum, vel sic.

ἐπιφάνσει, meliora edoctum *felicem* reddet.

v. 15. ἀκριβῶς,

caute.

περιπατεῖτε. Indicativus pro potentiali, more hebraico. Grot. *Vivatis*.

ἄσοφοι, qui coeco impetu in perniciem ruunt.

σοφοὶ, quos Evangelium ad sanam mentem reduxit.

v. 16. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν,

non sinentes tempus (occasionem) vobis
G *elabi*

elabi agendi, quae decet. Henr. Stephanus. Metaphora ab iis desumpta, qui emendi bene non dimittunt e manibus occasionem.

αἱ ἡμέραι πονηραὶ εἰσι, tempora, periculis plena, virtuti impedimenta objiciunt. c. VI. 13.

v. 17. *ἄφρονες,*
imprudentes.

τὸ θελημα τοῦ κυρίου, officia Christi cultorum.

v. 18. *οἴνω,*

quo veteres uti solebant. Nomen ergo regiones respicit: officium Christianos, ab omni ebriositate abstinentes. Prov. XXIII. 30.

ἄσωτία, vitium frugalitati et temperantiae contrarium. Vocabulum, sua aetate aptissimum, elegit Luther: unordig Wesen.

ἐν πνεύματι, de spirituali et laudabili ebrietate saepe Orientis scriptores loquuntur. Vid. Michaelis Orientalische Biblioth. P. VII. p. 125. Recte igitur jam Grotius ad h. l. scripsit: *illi vino implentur: vos spiritu.* Zachariae: dem Geiste nach, nicht dem Leibe nach, voll zu seyn, nemlich von heiligen Empfindungen für Gott und seine Wohlthaten, ist eure Pflicht. Praepositio *ἐν* redundat hebraice. Nam graece *ἐκ* sic ponitur.

v. 19.

v. 19. λαλοῦντες.

Vino pleni solent canere: spiritu pleni
non debent muti sedere. Grotius. Per syll.ec-
dochen, *excitantes*.

ψαλμοῖς carminibus, quae in templo ci-
tharis et nabliis aptari solebant. Grot.

ὑμνοῖς, laudibus Dei.

ᾠδαῖς. Tria haec vocabula saepe miscen-
tur, nec operae pretium facerem, si con-
jecturas interpretum enumerarem, quibus
discernantur.

πνευματικαῖς, *inspiratis*. J. D. Michael.
Alii ad religionem pertinentibus.

ψάλλοντες, fidibus canentes. Sed proprie-
tas vocis forte hoc loco negligitur.

ἐν τῇ καρδίᾳ, corde consentiente cum
oris sono. Grot. Wenn ihr gleich dieselben
nicht laut singet, oder spielet. J. D. Michae-
lis. Placet Hebraismus, qui cor vocat, quic-
quid ad animum pertinet, ut cogitata, at-
tentio cet. Matth. XV. 8. Verto, *attente*.

v. 20. εὐχαριστοῦντες.

Saepe hoc urget Paullus exercetque. Per-
agitur animo, lingua, opere: Bengel. Sic
apparet, quid sibi velit πάντοτε.

ὅπερ πάντων, quicquid vobis acciderit.

ἐν ὀνόματι, auctoritate ac jussu Jesu: *sicut decet Christo fidentes.*

πατρὶ, c. I. 2.

v. 21. ὑποτασσόμενοι,

secundum ordinem naturalem, civilem, ecclesiasticum. Grot.

ἐν φόβῳ Θεοῦ, ita ut Deus respiciatur.

Χριστὸν μαυult, quam Θεῶ, Millius.

v. 22. ὡς,

particula similitudinis, non aequalitatis. Calov.

v. 23. κεφαλῆ,

dominus, praefectus.

ὁ Χριστός. In V. Testamento regna considerantur, quasi feminae principum. Hinc ecclesia in N. Testamento Christi uxor dicitur. Zachariae.

καὶ αὐτὸς ἐστὶ σωτὴρ τ. σ. Si sic legitur: sententia videtur: *idemque nihil non facit pro salute ecclesiae.* Sed, quia Christus cum marito comparatur, Paullus simul viros monet, uxorum saluti prospiciendum esse. Griesbachius legit: αὐτὸς, omisso καὶ. Sequens, ἐστὶ ab ipso etiam in dubiis lectionibus numeratur.

tur. Sic sententia quidem manet: sed pronomen αὐτός facilius et ad Christum, et ad maritum refertur. Particula καὶ enim veram interpretationem, quominus emergat, remoratur.

v. 24. ἀλλά,

itaque.

ὑποτάσσεται paret, amat, honorat. Lynarius.

ἐν παντί, nempe quoad licet.

v. 25. ἑαυτῶν,

Hanc vocem Graeci de omnibus personis usurpant.

καὶ, ita ut.

v. 26. ἀγιάσει,

Deo consecraret, Beza. Sanctam redderet, Castellio. Spiritum S. daret, Grot. Vide, an differant: ego non video. Nam quibus Spiritus S. datus est, hi sunt sancti et Deo sacri. Nec licet *externam* modo sanctificationem intelligere, quod sequentia *internam* describunt. Systematica sanctificatio, quae dicitur renovatio, ab hoc loco aliena est, quod ad baptismum non pertinet.

G 3

καθα-

καθαρίσας explicat, quid sit ἀγιάζειν.

τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος. Vehementer fallitur Grotius, cum hic Paullum *alludere ad ritum baptismi, non agere de illo*, scribit. Christiani cum omnes ac singuli aqua sacra usi essent: sane non, nisi de baptismo, haec intelligere poterant. Deinde nescio, unde Grotio innotuerit, ὡς esse subintelligendum: *verbo suo tanquam balneo*. Inter omnes enim constat, particulam istam a Paulo non negligi. Quod vero dicit, genitivum τοῦ ὕδατος explicationis causa esse additum, verum est. Unde patet, errasse Bosium in Exercitatt. in N. T. λουτρον de sanguine et spiritu Christi explicantem. Mihi quidem certissime persuasum est, baptismum hoc loco dici purgantem et sanctificantem, quomodo Tit. II. 5. dicitur regenerare, et renovare. Nec impetrare a me possum, ut, quam vim Scripturae baptismi tribuunt, extenuare interpretando ausim. Ceterum non incommode Elsner ac J. D. Michaelis docent, sponsas Judaeorum, Bosius autem, sponsas Graecorum, pridie nuptiarum lavari solitas esse.

ἐν ῥήματι, cui verbum adjunctum est. Sed hic rursus in partes discedunt interpretes. Alii de verbo Dei loquuntur, quod ambignum est. Alii formulam solemnem: *in nomine patris, filii et Spiritus S.* intelligunt: quod
fatis

satis est, si baptismum infantum cogites, non sufficit, si baptismum adultorum spectes, qui tam Apostoli, quam nostris temporibus, religionis notitia imbuti, ad sacrum lavacrum accedunt. Alii mandatum et promissum Dei huc vocant, qui linguae usum non negligunt. Saepe enim verbum Dei in sacro codice est vel praeceptum, vel promissum aliquod. Nonne vero promissa et mandata divina sunt partes doctrinae divinae? Quid ergo impedit, quominus doctrinam intelligamus? Nonne baptismus professio totius religionis? Ipse Paullus Rom. X. 8. τὸ ῥῆμα nude positum explicat per τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως. Etiam Systema purgationem, quam Paullus in effectis baptismi ponit, fidei tribuit, cujus pars prima doctrinae notitia est. Denique dudum pro verbo doctrinam posuit Luther 1. Cor. I. 5. Luc. I. 4. Nec est, quod neges, doctrinam cum baptismo infantum conjunctam esse, nisi eadem calumnia professionem religionis (*foedus*) abesse dicas.

v. 27. αὐτήν.

In textu Griesbachii est αὐτός, quae lectio melior.

ἔνδοξον, honestate dignitateque conspicuam.

παραθήσει. Saepe hoc verbum de sponsis adhibetur, virginem domum ducentibus. Bos. I. I.

G 4

σπί-

σπίλον, ῥυτίδα vitia.

ἴτι τῶν τ. aut aliud quicquam ejusmodi.

ἵνα ἡ ἀγία καὶ ἄμωμος pro ἀγίαν καὶ ἄμωμον.
Olim ob controversias de peccato originali
detorquebant ad vitam aeternam. Sed illis
sopitis, verba premere, non est necesse.

v. 29. τὴν σάρκα,

corpus.

ἐμίσησεν, negligit. Hebraice.

θάλπει, grata et jucunda suppeditat: ἐκ
τρέφει de necessariis.

v. 30. μέλη,

vide ad c. I. 22.

ἐσμέν, viri et uxores.

ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ.
Haec defunt in codice Alexandrino et aliis
paucis. Nec plane improbat Millius. Gries-
bachius retinet. Grotius sic explicat: *ex
passione ejus praedicata et credita orta est eccle-
sia. Sicut modo allusit ad baptismum: ita hic
ad Eucharistiam, in qua corpus et sanguis do-
mini sumuntur sacramentali modo.* J. D.
Michaelis vero: Wir sind mit Christo einer
menschlichen Natur theilhaftig. Es gilt von
uns, was Adam von der Eva sagte. Beza,
errant,

errant, inquit, qui hanc conjunctionem ad *ἐνσάρκωσιν* referunt. Ad sola Christi membra pertinet, quae ecclesiam constituunt. Clericus ad Hammondum haec habet: imperfecta usus est comparatione, quam sic expresseris. Inter nos et Christum enim ea intercedit conjunctio, ut possimus dici sanguis et ossa ejus, quod de uxore dicitur. Itaque, quemadmodum Christus ecclesiam instar uxoris amat, ita viri uxores instar sui ipsorum amare debent.

V. 31. ἀντὶ τούτου,

supple *πράγματος*. Sicut Christus nil tam carum habuit, quod non nostra causa abdicaverit, ita nos quoque tamquam conjugii fide ipsi conglutinari debemus, Grot. Error manifestus este futuro *καταλείψει* et nomine matris. J. D. Michaelis sic: auch das kann auf Christum gedeutet werden, was Moses hinzugesetzt, indem er sein Volk verlassen, und sich eine Kirche aus den Heiden erwählet hat. Sed durius est, matrem a Christo relictam dici. Novam ergo viam ingressus est Zachariae: und eben dieses giebt Moses, als den Grund der Liebe des Mannes zu seiner Frau an, wenn er nach der Erzählung von der Schöpfung der Frau aus dem Manne fortfähret. (Der mystische Verstand kann bey Mose nicht mit zum Verstande gehören, und dafs Paulus die Worte mystisch sollte erkläret haben,

G 5

haben,

haben, erfordert stärkere Gründe, als man anzuführen pfeleget.) Minus laborabis, si ἀντὶ τούτου redundare dixeris. Est illud quidem Mosis Gen. II. 24. Sed Paullus, locos V. Testamenti laudans, haud raro particulas ita repetit, ut in ipsius oratione redundant. Quare nec cum Calovio versum 30. parenthesi includo, nec hic dubito, ἄνθρωπον maritum esse.

καταλείψει, deseret.

τὸν πατέρα, nulli plus debemus, quam parentibus, et tamen his praefertur uxor.

καὶ προσκολληθήσεται, ut opem ferat. Sic Hebraicum verbum Luther vertit Prov. XVIII. 24.

εἰς σάρκα μίαν. Hebraice pro σὰρξ μία. Una persona.

V. 32. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν.

Est obscuritas quaedam, est certamen inter clarissimos interpretes. Multi dubitant, quid mysterium sit: multi nubem pro lumine. *Vulgata sacramentum* habet, unde Pontificiorum somnium de sacramento conjugali manavit. Erasmus: *subest hic arcanum*. Calovius non minus obscure: *sacrum secretum, quod est in unione spirituali Christi et ecclesiae*. Grotius in sensu mystico Mosis refugium sibi parat. Clericus ait: *totus versus parenthesis est,*

est, qua hoc duntaxat vult Apostolus, arctissimam conjunctionem Christi cum ecclesia hactenus ignotam fuisse humano generi. Referuntur verba non ad sensum mysticum loci Geneseos, sed ad amorem Christi. Quid Paullus dixerit, exposuit: utinam excussisset, qua ratione sic dicere potuerit. Schwarzius in Comment. linguae graecae τὸ μυστήριον vocat rem arcanam, ignotiozem. Krebsius rem, quae sensum mysticum habeat. Quatenam igitur res sensum habet? Zachariae hunc in modum omnia circumplectitur: dieses euch zum Muster vorgestellte Verhältniß Christi gegen seine Kirche, so eine uns jetzt offenbarte, ehedem aber blos in den Rathschlüssen Gottes verborgene Einrichtung ist, ist von einer sehr grossen Wichtigkeit für Christen — zur Nachahmung seines Musters in unserm Verhalten. Atque ego haec probarem, nisi verba: ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χρ. καὶ εἰς τὴν ἐκκ. praetermississet. Teller vertit: die Lehre von der Vereinigung der Christen mit Christo, ist wichtig. Vide c. III, 4. Tittmannus denique in Disp. inaugurali τὸ μυστήριον latine reddit allegoriam, symbolum, imaginem, signum sacrae alicujus rei, nempe conjunctionis, quae intercedit inter Christum et ecclesiam, coll. Dan. II, 18. 30. 47. IV, 6. Apoc. I, 20. Quae accuratius considerata, veri inveniendi viam pandent lectori. Nostrum non est, ubique praeire, sed comitari ad metam tendentes.

ἐγὼ

ἐγὼ δὲ, ego nempe, aut ego enim.

λέγω, loquor. Sed graece posset etiam esse: profero, interpretor.


εἰς, de. Sic in epigrammatibus saepe. Beza. Sic etiam Act. II. 25.

v. 33. πλὴν,

itaque, καὶ redundante: Beza. Forte rectius sed verteris.

οἱ καθ' ἓνα, scil. πάντες, singuli I Cor. XIV. 31.

ἵνα φοβῆται pro φοβείσθω, ἢ obedire. Grot. Potest ante ἵνα repeti οὕτως ἀγαπάτω. Beza supplet videto.



Cap.

Cap. VI.

v. 1. τὰ τέκνα.

Sic filii Latinis sunt liberi utriusque sexus. Clericus hoc monitu necessarium tum inprimis fuisse, scribit, quod multi essent parentes ethnici, quorum filii post receptam religionem officio non solverentur.

ἐν κυρίῳ, propter dominum, i. e. praeceptum domini, vel in iis, quae non pugnant cum voluntate domini, quasi in *voluntate*, secundum voluntatem *domini*.

τοῦτο γ. ἐ. δίκαιον. Hoc enim aequum est. Sed Millius delendum censet, ut in *inficium*.

v. 2. τίμα.

Etiam Latini *honorare* pro *adjuvare* dicunt: sicut *honorem* ponunt in *benefactis*. H. l. certum est, non nudum honorem intelligi, ut saepe apud Graecos.

ἥτις ἐ. ἐ. π. ἐν ἐπ. Parenthesis est, quod non monuissem, nisi a quibusdam editionibus signa abessent.

πρώτη, ein erstes Gebot, i. e. primum secundae tabulae praeceptum. J. D. Michaelis. Sed Strigelii non minus vera est observatio:

vatio: *prioris tabulae promissio generalis est, pertinens ad totum decalogum.* Unde hic peculiaris promissio potest intelligi.

ἐν ἐπαγγελίᾳ, cui adjuncta est promissio.
Und solches hat Gott noch darzu mit einer den Israeliten, auf den Fall des Gehorsams, ertheilten Verheißung verbunden. Zachar.

v. 3. μακροχρόνιος.

Quaerunt, qui fiat, ut multi morte immatura occidant, quorum in parentes pietas constet. Respondent alii, Deum promissis stare, quoties e re liberorum sit. Sin noceat probis, stare non posse illum propter omniscientiam. Est istud aliquid: sed alii non minore jure dicunt, longam vitam solum Judaeis, tamquam praemium pietatis, fuisse expectandam. Neque enim temere Moses semel iterumque Ex. XX. 12. Deut. V. 16. addit: in terra, quam tibi Deus dabit. Nos vero a Christo non ita instituti sumus, ut aut provincias a Deo expectemus, aut virtutum praemia in terris nos manere sciamus. Nostra bona in futura vita reponuntur: quod multo fuit aliter in Theocratia. Nihilo tamen fecius ita Paullus Ephesios hortari poterat: *quod officium quam gratum Deo sit, vel ex hoc facile intelligitur, quod olim praecepto, quo sanciebatur, praemium adjecit.*

v. 4.

v. 4. οἱ πατέρες.

parentes per Synecdochen.

μὴ παροργίζετε, nec morositate, nec austeritate animos illorum exacerbate.

ἐκτρέφετε, educate.

παιδεία, *institutione*. Erasmus. *Poena*. Grot. Placet Strigelius, latius interpretatus de castigatione puerorum et variis exercitiis, parentum vero exemplis, ad liberos bene educandos necessariis.

νουθεσία *admonitione*. A priori differt, ut pars a toto.

κυρίου, monitis ad doctrinam domini pertinentibus. Recte J. D. Michaelis: wie man von Heiden nicht erwarten kann.

v. 5. οἱ δοῦλοι.

Non tollit morem olim receptum seruis utendi. Habet enim sua commoda, et licet eo recte uti. Grot.

κατὰ σάρκα, quod ad res externas attinet, quas illi habent in potestate. Beza. Ita fere est. Caro denotat statum externum. Ergo κατὰ σάρκα est in statu externo, seu pro conditione vestra. Eadem Lutheri versio: *leiblichen Herren*.

μετὰ

μετὰ φόβου καὶ τρόμου, cum obedientia et metu ipsis displicendi. Grot. Quamquam haec non ex usu linguae patriae judicanda sunt: est tamen aliquid inter servorum et filiorum metum. Proinde Lynarius recte, opinor, adhibuit vocabulum nostrum: Scheu.

ἐν ἀπλότητι τῆς κ. animo simplici. Hebraice ישי 1. Chron. XXIX. 17.

ὡς τῷ χρ. reputantes, hoc officii vos praestare Christo. Erasm.

v. 6. μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν,

non simulate. Castell. Negative, quod positive dixerat: ἐν ἀπλότ. τ. καρδ.

ἀνθρωπάρεσκοι, non cogitantes, quid sui sit officii, sed quomodo gratias captent. Grot.

ὡς δούλοι τοῦ χρ. ut decet Christianos. Servus hebraice cultorem denotat.

τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, voluntatem Dei, doctrina christiana patefactam. Zachar. Officia vestra.

ἐκ ψυχῆς, bona fide.

v. 7. μετ' εὐνοίας,

non gravate. Vatablus. Metonymice nempe.

τῷ

τῷ κυρίῳ. Addit Grotius ὡς, quod et Griesbachius in textum recepit: ὡς τῷ κυρ. Deum magis, quam homines, respicientes. Nempe Deum respicere dicitur pro praecceptum ejus observare.

οὐκ ἀνθρώποις, iniquis saepe. J. D. Michael.

v. 8. τοῦτο,

hujus praemium. Grot.

v. 9. τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτούς,

vices eis reddite, Castell. *Vestra in eos officia non minus observate.*

τὴν ἀπειλήν, asperitatem, minas immoderatas.

προσωποληψία, externae conditionis, i. e. servitutis, aut libertatis respectus.

v. 10. ἐνδυναμοῦσθε,

passivum pro reciproco, Grot. *Forti infractoque animo vos muniatis.* Commune Christianorum officium plerique esse statuunt. Sed clari nominis viri etiam dixerunt, Paulum de privato loqui officio, quod fortuna Ephesiis imposuisset. Quamobrem attende, lector, ad ea, quae infra scribemus.

H

ΕΥ

ἐν κυρίῳ. *Freti domino propugnatore, five propter auxilium domini.*

ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος, v. c. I. 19.

v. II. ἐνδύσασθε,

metaphora petita est a militibus veterum. *Proprie utimini.*

τὴν πανοπλίαν, quicquid ad armandum militem pertinet. *Proprie: omnibus instrumentis, quae Deus suppeditat, utimini.* Clericus aptissime hanc vocem adhibitam existimat, quod non velitatio, sed proelia contra formidolosissimos hostes describantur.

πρὸς τὸ δύνασθαι, ut possitis.

σῆναι πρὸς, resistere. Profanorum exempla profert Kypke.

τὰς μεθοδείας artes, fraudes.

τοῦ διαβόλου. Plerique omnes derivant a calumniis, sed Bos ad h. l. a fraude, quod διαβάλλεσθαι Graecis quoque est decipere. Grotius de tota universitate malorum daemonum. J. D. Michaelis: des Teufels, der euch durch eine Menge aufstehender Irrlehrer die Wahrheit des Evangelii zu rauben sucht. (Es ist zwar unmöglich mit Grunde zu behaupten, dass bey allen Verführungen und Versuchungen der Teufel beständig vom neuen
neuen

neuen mitwirke. — Allein bey solchen Sünden, die von sehr grossen Folgen sind, ist eine Mitwirkung dieses bösen Geistes wahrscheinlicher. Und es ist sehr glaublich, das er sich insonderheit werde bemühet haben, unter die kaum gepflanzte Kirche Christi Unkraut zu säen.) Sed Zachariae sic exponit: Rüstet euch bey Zeiten gegen die bereits drohende Verfolgung, und Reizung zum Abfall. (Von geistlichen Anfechtungen, oder Reizungen zur Sünde durch Erregung böser Lüste kann eben so wenig, als von Verführung der Irrlehrer, die Rede seyn. *Verfolgungen werden mit Kriegen, und die Christen mit Soldaten verglichen. Ebr. XII. 4. 2. Tim. II. 3. Diese werden dem Satan beygelegt, welcher sein Reich, den Götzendienst, durch Verfolgungen erhalten wollte. 1. Pet. V. 8. 9. Es sind auch Pauli Versuchungen v. 19. 20. nichts anders, als Gefahren in Verfolgungen zu ermüden.*) Jam difficultatem, quoad fieri poterit, perumpamus! Commune Christianorum officium neque Paullus tanta similitudinum copia semper proponit, neque in epistola ad Colossenses, ubi tam multa ex hac occurrunt, omissurus erat. *Licet ergo de privato officio cogitare. De constantia Ephesiorum in imminente persecutione possis locum nostrum intelligere. Sed, si ab eo argumento discesseris, quod Zachariae petiit e versibus 19. 20. possis etiam de constantia*

H 2

fidei

fidei contra haereticos declaranda. Nam errores graves non minus a Satana, quam persecutiones, proficiscuntur. Denique mihi quidem credibilius, Paullum ad constantiam et patientiam in hostium impetu hortari, quam ad cavendos errores, quia sine dubio Ephesios, five circa Ephesum viventes, Christianos quamplurimos alloquitur. Fac, praecipere illum errorum cautionem: continuo videbis, *vix* esse omnium Christianorum, universam armaturam sumere, sed potius magistrorum illud esse. Sed haec omnia dubitanter scripsi, ne quis putet, aliam quamlibet rationem a me contemni.

V. 12. οὐκ,

Quoniam plerique commune officium quaerunt: ellipsin statuunt, *μόνον*: non tantum contra corruptam naturam, sed etiam. Et per me licet suo fruantur iudicio: modo *incertum* illud esse concedant.

ἡμῶν. Alii *ὑμῶν*, quam lectionem non spernendam, at lectioni receptae inferiorem esse, docet Griesbach. Animadvertite igitur lector, quid emolumentum haec varietas interpretationi afferat. Pronomen *ἡμῶν* convenit officio communi. Si enim Ephesi periculum erat, hoc reliquos Christianos, aut Paullum non tangebatur. Sin omnia periculorum plena: sane *nobis* in pugnam descendendum est. Ergo inferior lectio nec commendat privatum

tum

tum officium: nec rejicit, quod ipsa non est omnino spernenda.

πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Fragilem et corruptam hominum naturam multi intelligunt. Nituntur forte loco 1. Cor. XV. 50. Grotius, Hebraismo itidem fidens, *sanguinem et carnem* vertit *homines*, putatque hanc vim esse hujus loci, quod homines angelis opponantur. Jo. Braunius in selectis sacris reddit: *adversus tenues ac plebejos homines*. Prior enarratio convenit communi officio et privato. Grotii et Braunii versio constantiae in persecutione convenit aequae, ac constantiae in haereticorum fraudibus, si in sequentibus angelos, haereticorum auctores, varie describi dixeris. Etiam commune officium, cautio in insidiis Satanae, cum Braunii et Grotii versione potest in concordiam redigi.

τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, principes, potentes. Tralaticia interpretatio angelos praefert, de qua v. ad c. l. 21. Egregie convenit cum communi officio: nec pugnat cum privatis officiis Michaelis et Zachariae. *Poterat* autem Zachariae magistratus intelligere, infestantes religionem Christianam: sed vertit mächtige unsichtbare Wesen. Sed Michaelis *non poterat magistratus* vertere, utpote qui non mittunt haereticos.

τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκ. τ. αἰ. τ. welche mit Recht als die Beherrscher der ganzen ungläu-

gläubigen Welt betrachtet werden. Zachariae. Die ungläubigen Beherrscher des gegenwärtigen Zeitalters (magistratus), Teller. Cum Paullus v. 11. diabolum nominaverit, eundem etiam v. 16. nominare videatur; cum c. II. 2. eandem fere diaboli potestatem asserere videatur, neque raro, sed saepe de illo loqui solitus sit; cum 2 Cor. IV. 4. quodammodo comparari possit: haud scio, an Zachariae ratio probanda sit. Absurdam certe non esse, mihi persuadeo.

τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος, *tenebricosi mundi, sive hominum magnae partis.* Grot. Haec omnino sententia Paulli, sed τοῦ αἰῶνος Paulli vocabulum esse, liquido non efficitur. Griesbachius textu movit. In multis deesse, et τούτου in paucioribus codicibus esse, jam Millius monuit.

τὰ πνευματικά τῆς πονηρίας. Grotius legit πνεύματα. Sed non opus est: si graecismum observaveris, quem egregie illustrat Bauer l. I. p. 8. Ut τὰ στρατιωτικά sunt οἱ στρατιῶται: ita τὰ πνευματικά sunt τὰ πνεύματα. Sed τῆς πονηρίας mutandum in πονηρὰ: quo facto prodeunt *spiritus mali.* Atque hanc interpretationem suadent v. 11. et 16. Etsi enim priora vocabula, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, τοὺς κοσμοκ. ad magistratus referres: hic tamen ob nexum orationis malos genios haberes. Quam enim contorta sit Telleri versio: *boshafte Menschen in der jüdischen Kirche,* et quam illepida Hein-

Heinsii: *peruersam doctrinam, sectas*, aut
Hammondi: *superbiam, malignitatem*, qua
ratione τὰ πνευματικά τῆς πονηρίας in πνευματι-
κάς πονηρίας mutantur: vel me tacente, qui-
libet videt ex iis, quae supra dicta sunt.

ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. J. D. Michaelis de aëre
sic: in der Geisterwelt. Etiam Zachariae
supplet τόποις, et Paullum ex mente Judaeo-
rum loqui censet. Series orationis facit, ut
Ernestium, optimum interpretandi magistrum
sequamur, qui χρήμασι supplet, vertens *ob
bona coelestia*. Sic non refertur ad spiritus,
sed ad substantivum ἡ πάλη.

V. 13. τὴν πανοπλίαν.

Usurpatur vox de militibus gravis arma-
turae, et baltheum, thoracem, ocreas,
clypeum, galeam et gladium complectitur.
Haec arma omnia metaphoricè Paulo sunt
subsidia constantiae. Singulorum similitudi-
nem cum virtute comparata quaerere, non
necesse est. Orientis metaphorae duriores
saepe sunt. Sufficit similitudo, quae Chri-
stianis intercedit cum militibus.

ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, tempore aduerso.

ἅπαντα κατεργασάμενοι. Omnibus rebus
ad pugnam comparatis. 2. Cor. V. 5. Ex.
XXXV. 33. Beza. Sed *hostem prosternentes*
Kypke.

σῆναι, non defatigari, Grot. Das Feld behalten J. D. Michaelis. *Non peccare securitate*, quae ex victoribus faciat victos. Erasm.

v. 14. σῆτε.

Ut milites suas vestes cingulo adstringunt: ita vos in veritate perstate. Befestiget euch in dem Erkenntniß der Wahrheit. Zachar. Veritas nempe est evangelium.

τὴν ὀσφῦν, latera,

ἐνδυσάμενοι, induite justitiam, sicut milites thoracem.

τῆς δικαιοσύνης, de justitia imputata plurimi. Strigelius et Michaelis de virtute, quod placet. Zachariae de veritate, coll. 2. Tim. III. 16. Ef. XI. 5. Sed, ut diversa arma, ita etiam diversa constantiae instrumenta ponuntur.

v. 15. ὑποδησάμενοι.

Sicut milites tegunt pedes ac suras ocreis: ita vos evangelio, quasi munimento, utamini.

ἐν ἐτοιμασίᾳ. Mit derjenigen Bereitwilligkeit, so das Evangelium des Friedens wirket, Lynarius non incommode. Nam etsi promptus animus ex usu linguae nostrae pedibus non convenit: in allegoria tamen Paulina juxta convenit, ac veritas lateribus v. 14. Et, quia ἐν v. 14. de instrumento dicitur, etiam hic de illo adhiberi potest. Sed Grotius

ἑτοι-

ἑτοιμασίαν Latine vertit stationem. Dan. XI. 20. 21. Wetstenius basin, firmum solum. Bengelius confert LXX. Interp. Efr. II. 68. III. 3. Pf. LXXXIX. 15. Zachariae monet, ἑτοιμάζειν esse firmare, 2 Sam. VI. 12. Pf. LXV. 7. CIII. 19. et interdum verba θεμελιῶν et ἑτοιμάζειν ejusdem esse significationis. Quae omnia si contemlor: parem speciem, si non majorem, Zachariae habet versio: stehet unbeweglich auf der Lehre von der grossen Glückseligkeit, welche wir Christo verdanken, wie auf einem festen Grunde. Quod vero evangelium pacis idem esse ait, quod veritas v. 14. significet: in eo secessionem facio, persuasus, alia arma cum aliis virtutibus comparari. Verto igitur τῆς εἰρήνης cum Michaelae *concordiae*. Intererat sane ultimarum Christianorum, adventante periculo meminisse, quam arcto vinculo Judaei et Ethnici, Christum complexi, continerentur. *Indubitato evangelio nitimini, quod concordiam constituit, ne perfidia distrahamini.*

v. 16. ἐπὶ πάντων.

Ante omnia, Luther. Alii praeterea. Utrumque linguae usui conveniens.

ἀναλαμβάνοντες, vox militaris, arripientes. Sicut scuto ictus excipiunt milites: ita vos fide resistite,

τὸν θυρεὸν, scutum, non clypeum. Kypke.

H s

τῆς

τῆς πίστεως, subjectivae scil. Grot. Glaube an die ganze geoffenbarte Lehre. J. D. Michaelis, ex hypothesi, quam vide ad v. 11. Non enim, inquit, fiducia in merito Christi posita, sed certa persuasio de veritate religionis ab haereticis defendit. Etiam Zachariae, cujus hypothesin ad v. 11. verisimiliorem diximus, latius accipit fidem: die Erkenntnis der Wahrheit (i. e. religionis) hilft euch nichts, wo nicht eine vollkommene Gewissheit des Glaubens die Reizungen zur Verleugnung der Wahrheit unkräftig machet. Fiducia in Christo posita cum pars sit persuasionis de religione nostra: non sane facile dictu est, totumne, an pars intelligatur.

ἐν ᾧ, quo.

τὰ βέλη, libidines, Grot. dubia, Michaelis. Alii cogitata in Deum contumeliosa. Equidem plane ignoro, cur, quicquid jaculorum versutus hostis in homines conjecerit, i. e. *omnem peccandi occasionem*, viri docti noluerint intelligere. Fac, de privato officio sermonem esse: num ita illud descriptum et definitum est, ut dicas, tela in Ephesios conjecta nihil esse, quam hoc, vel illud peccatum? Ad persecutionem hostium, aut ad errandi periculum nonne variae peccandi occasiones accedere poterant?

πεπυρωμένα. Proprie sunt falaricae veterum. Improperie sunt *pericula peccandi*. Forte metaphora fons est conjecturarum de nomine pecca-

peccati. Magnum etiam peccatum, grave periculum a Paulo sic describi sentio: sed quale sit, non audeo augurari. Nec fallor, omnes insultus Satanae periculosos ducens.

σβέσαι, metonymice extincta excipere i. e. sine damno.

v. 17. δέξαθε.

Sicut milites galeam capiti imponunt: ita vos spe salutis animum muniatis.

τοῦ σωτηρίου, metonymiam in versione prioris vocis ostendimus.

τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, gladium a Spiritu S. datum, aut τὴν μάχαιραν πνευματικὴν. Sicut miles gladio hostem caedit: ita vos adversarios verbo vincatis.

ῥῆμα, doctrina. Obscurius, non melius Zachariae reddit: die durch den Geist Gottes kund gethane Verheißung dieses euren wichtigen Glückes in Christo. Promissa divina sunt pars doctrinae.

v. 18.

διὰ pro ἐν.

πάσης προσευχῆς, assiduis precibus. Grotio ἡ προσευχὴ est petitio bonorum, ἡ δέησις deprecatio malorum.

προσευχόμενοι idem, quod καὶ — προσέυχετε.

ἐν

ἐν παντὶ καιρῷ, quotiescunque ejus auxilio egetis, Hammond. Auch ehe ihr in so schwere Versuchungen gerathet, Zachar.

ἐν πνεύματι, ex intimo mentis affectu, Erasm. Non voce tantum, Grot. Auf Antrieb des heiligen Geistes, J. D. Michael.

εἰς αὐτὸ τοῦτο. Ad rem totam antecedentem refert Grot. In eben dieser Absicht, den Christen Standhaftigkeit gegen alle Verfolgungen zu erbitten, Zachariae.

ἀγρυπνοῦντες, militare verbum, Grot. Precibus invigilate.

ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει, cum omni constantia; Vulgata.

v. 19. δοθῆ λόγος,

potestas fiat causam dicendi, ut defensio in tam amplo terrarum theatro in evangelii cedat incrementum. Kypke. Sic graece accipi posse, effecit. Sed seriem orationis neglexit. Nam infinitivus γνωρίσαι vim interpretandi habet, ut saepe apud Paullum. Quare verba ἐν ἀνοίξει τοῦ σ. μ. ἐν παρρησίᾳ perperam conjungit cum γνωρίσαι. Placet Beza: ut suggerat mihi dominus, quod loquar.

ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος, quoties os aperio, Vatablus. Recte. Os aperire Hebraeis est loqui, et in apertione est cum aperio.

ἐν παρρησίᾳ, recte Michaelis et Zachar. referunt ad γνωρίσαι, vulgarem rationem re-
lin-

linquentes, quae cum antecedentibus conjungit.

γνωρίσαι, ut declarem, doceam.

μυστήριον, arcanam doctrinam, Erasmi. V. ad c. V. 32.

ἐν ἀλύσει, v. c. IV. 1.

v. 20. ἵνα ἐν αὐτῷ παρῶ.

ut audeam de illo loqui. Redundantia Hebraica.

v. 21. καὶ ὑμεῖς,

sicut ego de vobis nuncium accepi. Sed fuit, qui verteret: vos, sicut alii.

τὰ κατ' ἐμέ, res meas: statum meum.

τὶ πράσσω, qua sorte utar.

πάντα, quomodo habear, quomodo causa agatur, quo animo sim, quot ad Christum perduxerim.

ἀδελφός, Christianus.

διάκονος ἐν κυρίῳ, minister in negotio domini, doctor evangelii.

v. 22. τὰ περὶ ἡμῶν, scil. πράγματα,

res nostras.

παρακαλέση, confirmet.

τὰς καρδίας ὑμῶν, animum vestrum, vos. Hebraice.

v. 23. εἰρήνη

concordia, Michaelis et Zachariae. Sed in

in fine epistolarum est salutatio. Deus valere vos jubeat!

ἀγάπη, concordiam continet.

πίστεως, pro *πιστευόντων* Michaelis. Possis et fidei constantiam intelligere.

v. 24. *μετὰ πάντων*,


non Ephesios tantum salutatur, sed et omnes in Asia Christianos. Grot.

τῶν ἀγαπώντων, descriptio verorum Christianorum.

ἐν ἀφθαρσία de statu, quem nulla vis, nullae illecebrae corrumpunt, Grot. Sic Luther accepit: unverrückt, quod probandum. Longius quaesita videtur Michaelis versio: und Unsterblichkeit, ut *ἐν* pro *σὺν* accipias.

ἀμήν, quod meum votum, precor, ut illud ratum esse velit. Erasm.

Finis.



Praecipitaniae typographicae exempla.

- Pag. 5 l. 26. Numinis et quasi lege: *est*
— 6 l. 14. ἔχομεν lege ἔσχομεν
— 9 l. 10. pro certo lege *certa*
— 25 l. 9. filium lege *filum*
— 32 versu 2. dedidi lege *dediti*
— 34 l. 2. pluraei lege *plurali*
— 38 versu 10. ὅς προητ. lege *οἷς*
— 40 l. 14. vera lege *vero*
— 42 versu 14. concellos lege *cancellos*
— 43 versu 15. reddund. l. *redundantia*
— 58 l. 17. coniungimus l. *coniungimur*
— 75 l. 13. ecclesia l. *ecclesiae*
— l. 22. dicit l. *ducit*
— 78 l. antepenult. antecenti l. *antecedenti*
— 80 l. penult. αὐξάνη l. αὐξάνει
— l. ult. σπυθῆν l. σπυθῆν
— 83 l. ult. יב נל lege יב
— 90 l. ult. nonnullis l. *nonnullis*
— 91 versu 2. θυσίαν l. θυσίαν
— 92 l. penult. ἐντραπ. l. εὐτραπ.
— 96 versu 13. πάντα et ἐλεγχομένω *commate setunge*
— 100 l. penult. αὐτὸς lege αὐτὸς.
-

Hinweise

Signatur 3 A 9947	Stok Bl
----------------------	------------

RS

Bub

AK

Wi

Titelaufn.

AKB

Wi

30.10.80

FK

1 Exzerpt. Schriften 7.11. 17h

Blo K

Bild K

SWK

Sonderstandort

Signum

Ausleihe-
vermerk

3 A 9947

